
3 1761 08713655 2

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΠΑΘΗΜΑΤΩΝ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ.

THEODORETI

EPISCOPI CYRENSIS

GRÆCARUM AFFECTIONUM CURATIO.

AD CODICES MANUSCRIPTOS

RECENSUIT

THOMAS GAISFORD, S.T.P.

ÆDIS CHRISTI DECANUS NECNON LINGUÆ GRÆCÆ PROF. REG.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

MDCCCXXXIX.



LECTORI.

IN eximio Theodoreti hoc opere recensendo usus sum duobus optimæ notæ codicibus manuscriptis, membranaceis, seculi ni fallor undecimi, altero (quem voco B.) Bibliothecæ Bodleianæ n. olim 2410, 3., nunc vero Auctar. E. 2, 14., altero (C.) Bibliothecæ Regiæ Parisiensis, inter Coislinianos n. CCL. Priorem ipse ad editionem Sylburgianam exegi, posteriorem rogatu meo cum eadem editione contulit eruditus juvenis E. Millerus. Et quum B. post p. 157, 41. ed. Sylb. foliis aliquot avulsis mancus sit, defectum hunc utcunque supplere conatus sum in consilium adhibendo tertium codicem (D) chartaceum, recentem admodum, sed qui ex exemplari non contemnendo descriptus videtur, Bibliothecæ Bodleianæ inter Canonicianos n. 27.

Lectionibus, quas libri modo memorati præbuerunt, immiscui alias Fulvii Ursini studio e MSS. quibusdam Vaticanis aliisque (vid. varr. lectt. infra p. 474.) erutas, et a Garnerio tandem in Appendice ad editionem Sirmondianam publica luce donatas. Ursinus scilicet hunc librum, hactenus, nisi in versione Latina Zenobii Acciaoli, ineditum, e prelo emittere voluerat; inque eum finem apographum ejus vel ipse confecerat vel fieri curaverat variarumque lectionum supellectile unde unde desumpta instruxerat: hoc autem consilium morte præpeditus exsequi non potuit. Apographo hoc in Bibliothecæ Vaticanæ thesauros postmodum illato ita demum usus est Garnerius, ut in duas columnas omnes ejus copias

distribueret; quarum in sinistra scilicet apographi verba seorsum posuit, in dextra vero diversitatem lectionis, quam vel ex libris manuscriptis Theodoreti, vel ex auctoribus antiquis unde hausit Theodoretus, congesserat Ursinus, et in margine apographi reposuerat. Non dubito igitur lectiones columnæ sinistræ, a me literis Va notatas, e codice aliquo msto derivari: neque minus mihi constat reliquas, quas Vb nomino, non solum mss. sed aliqua saltem ex parte exemplaribus veterum scriptorum, veluti Platonis, Eusebii etc. deberi: immo nonnunquam meras esse conjecturas sive ipsius Ursini, sive alius cujuspiam viri docti. Has itaque caute adhibendas existimo: neque quis succensebit, si in iis repetendis paullum licentiæ mihi sumpsisse deprehensus fuero.

Addidi versionem Latinam Zenobii Acciaoli, attamen non prout a Sirmondo emendata est, sed cum Sylburgio integram illibatamque. Is interpres, haud sum nescius, in sensu verborum sententiarumque exprimendo sæpe fallitur: in reddendo tamen vestigia codicis ms. quem usurpavit adeo presse secutus est, ut non raro de scriptura istius codicis exinde possit decerni. Igitur non omittenda erat hæc interpretatio, quippe quæ sit inter apparatum criticum ponenda; licet in scriptore paucis difficultatibus obsito alioquin ope ejus haud ægre careremus.

Fratris Zenobii Acciaoli Florentini ordinis Prædicatorum Prologus ad Leonem X. Pontificem Maximum in libros Theodoriti, quorum titulus, Curatio Græcarum affectionum, *e Græco idiomate in Latinum conversos.*

SCITA est Salomonis sententia, Leo Decime, summe Pontifex, *Ad locum unde exeunt flumina revertuntur.* Quæ si, ut pleraque solent scripturæ verba, de literario sensu ad ethicum inflectantur, opportune nos admonere putanda sunt, ut in eos homines a quibus beneficia acceperimus, quas possumus vices grato animo referamus. Quod itaque ad me attinet, cum ab ineunte adulescentia decursum vitæ spatium ad hoc ætatis usque considero, ita me video perpetuo quodam liberalitatis tenore a familia vestra fotum semper ornatumque fuisse, ut quæcumque homines vel tuendæ vitæ vel excolendo ingenio sibi necessaria esse cognoscunt, ea ubertim semper in me collata, solis Medicibus referam acceptissima. Nam et magnificus Laurentius pater tuus, annos me natum quatuor de viginti, extorrem in patriam revocavit, ubi apud nobiles consanguineos suos eosdemque meos affines, in bonarum artium studiis, quæ tunc Florentiæ vestris præsidiis floruerunt, jucundissime diu vixi. Et ne tunc quidem, cum mundi vanitatem pertæsus religionem cum priore vita commutavi, gentis vestræ beneficiis umquam carui. Etenim in cœnobio divi Marci, quod magnus Cosmus proavus tuus a fundamentis exstruxit, Deo jam annos aliquot famulatus, e publica gentis vestræ bibliotheca, quam Cosmus ibi luculentam aperuit, et ex ea quam jussu patris tui Johannes Lascaris, generosus homo atque doctissimus, e Græciæ latebris Florentiam importavit, fructus maximos suavissimosque percepi; sæpe etiam ibi cum patribus illis meis ab ingruentibus maximis periculis bonitatis tuæ præsidio liberatus. Ad quæ patris in me tui majorumque tuorum beneficia tu id mihi seorsum, Pater beatissime, contulisti, quod ad pedes tuos gratulandi causa provolutum in urbano sancti Silvestri oratorio ad honestam

studiorum quietem humanissime collocasti, nostræque ætati jam ad senectutem vergenti deesse nil pateris, quod ad religiosi studiosique hominis necessarios usus commodaque pertineat. Cum itaque ob ingentia tua in me beneficia redundare in te debeat quicquid a me per hoc abs te mihi concessum otium excudatur, dedicandos tibi putavi quos nuper Theodoriti Cyrensis Episcopi Græcos libros de spirituali Græcarum affectionum medicina Latinos feci. Ad hoc vero illud me etiam invitavit, quod ex his studiorum meorum laboribus sperabam cum certissima officii mei ratione aliquam Christianæ Ecclesiæ utilitatem conjunctam fore. Quæ profecto latiore ambitu sese fundat necesse est, ubi sedis apostolicæ majestas dedicatis sibi libris auctoritatem roburque adjungit. Cæterum Theodoritus hic ad usque Theodosii junioris tempora supervixit: quæ sane ipsa maximis suis virtutibus honestavit. Probus enim doctusque homo; quales ea tempestate plerique omnes Episcopi viguerunt; quibus artibus ad Episcopalem thronum assumptus est, eas cum ingenti sui laude magnaque Ecclesiæ utilitate semper exercuit. Complures enim scripturæ sanctæ libros commentariorum facibus illustravit. Tum et historiam de Ecclesiæ statu conscripsit, orsus ab Arrii persequutione: decemque præterea de divina providentia libros edidit. Quos autem nuper ipse in Latinam linguam converti, tametsi contra sui temporis infideles Græcos Gentesque conscripsit, tamen quia quæcunque bona sunt, ut Jacobus ait Apostolus, de supernis locis feruntur a patre luminum, cujus diffusa bonitas nullis angustiis coarctatur, non minus ad hæc quoque tempora omnemque posteritatem pertinere putanda sunt, quam quæ olim ab Apostolis aliisque Patribus scripta ad præsentis Ecclesiæ doctrinam nostræque vitæ institutionem scripta esse cognoscimus. Equidem non sine Dei consilio factum puto, quod hos mihi Theodoriti libros Johannes Franciscus Picus, princeps ætatis nostræ doctissimus, indicarit, meque ut Latinos facerem magnopere adhortatus sit. Etenim sicut olim, cum Philostrati de Apollonio Tyaneo historia typis excusa in vulgum prodiit, ego Cæsariensis Eusebii[a] librum mihi ab Johanne Lascari indicatum

[a] Rarum hoc Eusebii opus est in bibliotheca privata gentis Medicæ, cum Justini Athenagoræ et Tatiani opusculis in eodem codice. [Nescio an is codex MS. nunc servetur Bibl. Reg. Paris. n. 451.]

Latinum feci, qui contra venenum Philostrati antidotum quoddam esset; ne quis videlicet ejus fabulosa historia circumventus Pythagorici Hieroclis exemplo Apollonium Tyaneum parem Jesu Christo facere auderet, sed veneficum hominem planumque agnosceret: ita nunc quoque cum Platonem Græce impressum circumferri audiam; cujus quidem philosophi singularis est eloquentia, sed plurimis tamen locis perniciosa Christianæ Ecclesiæ semper fuit auctoritas et doctrina; non ab re fecisse me putem, qui libros eos Theodoriti Latinos fecerim, quibus et Platonis[b] et multorum præterea Philosophorum pugnantes sibi maximis de rebus sententiæ, perniciosaque instituta humanæ vitæ moribus, proderentur: ut evitare nostri possint quæ apud Philosophos noxia esse cognorint, majorique pietate atque ardentiori studio sacris legendis litteris inhærescant. Marsilius Ficinus, qui proavi tui liberalitate adjutus Platonem sæculi nostri hominibus ac Plotinum Latinos fecit, sæpius mihi dicere inter loquendum solebat, factum providentia Florentini præsulis Antonini, quo minus e Platonis lectione, quam inde a pueris summopere adamavit, in perniciosam hæresin prolapsus fuerit. Bonus enim pastor, cum adulescentem clericum suum nimio plus captum Platonis eloquentia cerneret, non ante passus est in illius Philosophi lectione frequentem esse, quam eum divi Thomæ Aquinatis quatuor libris contra Gentes conscriptis quasi quodam antipharmaco præmuniret. Cur autem non his quoque temporibus in tanto litterarum Græcarum studio, politiorisque philosophiæ desiderio, abs te, beatissime Pater, tuisque a ministris, pari aliqua ratione consulendum gregi tuo existimemus? Ego vero tanto nunc majore studio tibi tuisque omnibus evigilandum puto, quanto majores diaboli rugientis insidias idcirco formidare debemus, quod te præside populi Christiani, quem non turpis ambitio, sed explorata virtus Deique providentia in Petri solio collocavit, magna passim exspectatio est, religionem, fidem, probitatem, liberalesque artes, jure quodam postliminii, de situ ac diuturnis tenebris in nitorem candidissimum redituras. Ne itaque inimicus homo tam bonæ segeti

[b] A Platone Platonisque sectatoribus omnes ferme hæreses in Ecclesia prodiisse testatur D. Hieronymus.

aliena sua commisceat, quæ meæ partes fuerunt, non mea quidem, quæ minus auctoritatis habitura erant, sed doctissima Theodoriti monumenta studiosis omnibus legenda proposui. Quibus qui legendis oculos animumque admorint, tam multiplici rerum cognitione plena invenient, ut facile confessuri sint, nullos eum poetas, nullos oratores, nullos historicos, nullosque præsertim philosophos latuisse: nullusque tam doctus sit homo, qui ex ejus lectione, nova sibi atque inaudita quamplurima non sit accepturus. Quod si, ut Plinius quoque testatur, nullus tam malus est liber, quin ex eo boni aliquid capi possit, quam denique carus esse ille omnibus debet, qui mali quidem nihil apportat, sed explosa Gentium falsitate puram nobis religionem pollicetur ac præstat? Utinam vero, beatissime Pater, stili quoque nitorem, qui summus in Theodorito conspicitur, exæquare vertendo licuisset; consummatum profecto librum Latini homines habuissent. Boni tamen, quæso, consulant quod in Ecclesiæ Romanæ gazophylacium de paupertate nostra contulimus, nostramque hinc erga te pietatem gratique animi officium, sicut tibi probatum iri non dubitamus, ita ipsi quoque non aspernentur. Rerum vero utilitatem nostræ, si quam forte invenient, ineptiæ rependentes, Theodoriti curationem, Pontificis illius auspiciis prodeuntem, quem Deus laboranti Ecclesiæ salutarem medicum dedit, ceu temporibus nostris a Deo sibi traditam medicinam, accipiant.

Veterensis Civitatis Consulibus et Senatoribus, viris prudentia, industria, et virtutum laude conspicuis, patronis sibi perpetua observantia colendis, Fridericus Sylburgius Veterensis S.

CUM ortus nostri partem patria, partem propinqui, partem amici sibi vindicent, omnibus, qui quidem grati esse volent, eo inprimis annitendum, ut, quas illis secundum Deum gratias debent, si non factis, animo saltem et verbis referant. Quamobrem ego quoque, licet a prima statim adolescentia, præceptorum suasu, ad exteras scholas profectus, majorem ætatis partem foris transegerim; semper tamen patriæ præ ceteris operam meam deberi agnovi. Ideoque illi, bis vocanti, haud gravate obsecutus essem, nisi gravia mihi utroque tempore obstitissent impedimenta. Verumenimvero ea est patriæ magnanimitas, ut fere plenius sibi satisfactum putet, si foris multos locupletesque fœcunditatis suæ testes habeat. Ea namque vobis, spectatissimi ornatissimique viri, singulari quodam Dei beneficio, bonorum ingeniorum obtigit feracitas, ut quemadmodum olim civitates, copiosiore juventutis proventu exauctæ, ver sacrum et colonias emittebant, ita et vos e vestra non ita magna civitate, numerosam ingeniosæ juventutis copiam per aliquot jam annos extruseritis. Ut non absurda plane sit præceptorum nostrorum opinio, opidum nostrum appellationem traxisse a veteribus Romanorum castris: in quibus ut Marti, ita et Musis militatum esse legimus. Ac possem sane, si opus esset, ultra quadraginta litteratos enumerare, qui apud vos oriundi exteris operam navant, præter eos quos domi eruditione ac rerum civilium industria sat probe instructos habetis. Sed nec locus hoc patitur, nec mirum id

cuiquam videbitur, si tria saltem recentia consideret exempla. Nam cum in Pinceria familia præter theologum egregium, primum jurisconsultus, deinde medicus, post iterum jurisconsultus, doctorali titulo insigniti essent; et laudabili quadam æmulatione in cognata illis familia tres Vulteii, uno patre unaque matre nati, alternato Juris et Medicinæ studio, ad doctorale fastigium et ipsi paucis annis conscendissent; totidem fratres Gernandi Jurisprudentiæ laurea et familiam et patriam brevi annorum intervallo cohonestarunt. Quocirca cum et mihi jampridem publico aliquo documento mea erga vos gratitudo atque observantia declaranda fuisset, nulla tamen hucusque satis commoda concessa est facultas. Hoc demum anno, Deo bene vertente, opportuna se atque exoptata obtulit occasio, dum in manus mihi venit is auctor quem ex ecclesiasticis scriptoribus primum apud vos degustavi: nempe THEODORETUS: cujus aureolos de Providentia libros partim ex Justo Vulteio, partim ex Joanne Pinciero theologo, viris æterna memoria dignis, ante annos XXXIII magna cum voluptate audire memini. Ex quo tempore scriptoris ejus tantus animo meo insedit amor, tantaque veneratio, ut et propter stili et propter argumenti præstantiam eum semper magni fecerim. Quapropter etiam cum superiori anno primum vidissem ejus adversum Græcos Disputationes, quæ Latine quidem olim a Zenobio Acciaolo, Græce autem a nemine tanto temporum intervallo sunt editæ, continuo illas et publicandas et vestro patrocinio dicandas censui. Quas ne quis forte parvi esse arbitretur, sciat in eis præter sacram et profanam *ἀρχαιολογίαν* non pauca esse quæ ad nostrorum quoque temporum controversias haud inepte faciant. Nec est quod miremur martyres sanctosque ceteros tantopere ab eo extolli, humanasque vires speciosius quam ab Augustino aliisque Latinis prædicari. Nam magnificis illis encomiis primum Græcos a fastuosa deorum et philosophorum jactitatione avocare, deinde et Christianorum studia ad consimilem concertationis gloriam inflammare voluit. Ad Deum enim, ceu primum omnis boni fontem, istas *δυνάμεις* ab eo relatas fuisse, satis declarat quod aperte profitetur, *τὴν ἐπανθοῦσαν αὐτοῖς χάριν*, quidquid in eis fuit mirificum, effecisse; et *Θεοῦ τὸ δῶρον*

εἶναι, ἵνα μή τις καυχήσηται. Sed ne προσφωνήσεως hujus limites transiliam, quod reliquum est, egregium hoc nobilis theologi opus, tamdiu a doctis desideratum, a me plurium exemplarium collatione haud negligenter expolitum, accessionibusque non pœnitendis auctum et illustratum, meæ erga vos gratitudinis atque observantiæ testimonium, accipite, prudentissimi ornatissimique viri; apud quos natus et educatus, sacrisque ac profanis litteris initiatus, demum ea quæ homini ab hominibus optima et maxima contingere queunt, me adeptum esse libens volensque merito profiteor. Deus, omnis boni solus et unicus auctor, faxit ut quod a venerandis præceptoribus præclare apud vos institutum est seminarium, altius actis radicibus, generosiores indies surculos emittat, qui domi et foris ecclesiæ ac reipublicæ salutares Deoque gratos fructus jugi fœcunditate proferant. Haidelbergæ Kal. Septembr. MDXCII.

ÆQUO LECTORI

FRIDERICUS SYLBURGIUS S.

OCTOGINTA prope anni sunt, amice lector, cum hæ Theodoreti θεραπευτικαὶ διαλέξεις Latine a Zenobio Acciaolo in lucem sunt emissæ. Ex quo tempore licet maximopere a doctis hominibus Græca earundem editio expetita fuerit, nemo tamen inventus est qui reip. operam hanc præstiterit. Tandem cum superiori anno perlustrata hic bibliotheca Palatina unum in ea vetus exemplar invenissem, post etiam alterum recentius, Hieronymo Commelino, veteri amico et hospiti, hortator fui, ut, quod dudum ante cogitarat, hos Theodoreti libros, interim dum nos in Clementis editione occupati essemus, exscribendos curaret. Nec mora. Statim operi manus admota est, librique illi e non malæ notæ codice, ante annos circiter CXXXIII, Michaelis Apostolii manu exarato, descripti sunt. Quia vero eæ suppetiæ ad ἀξιόλογον editionem non sufficere videbantur, alia insuper advocata sunt auxilia. Cum enim ex Davide Hoeschelio intellexissem Augustæ quoque duos harum Disputationum exstare codices, alterum vetustiorem, alterum recentiorem; quantis precibus potui, ab homine amicissimo contendi, ut quo me hactenus in promovenda re litteraria juvisset studio, eo etiam in hac tamdiu desiderata editione adjuvaret. Non diu se rogari passus, ilico, quanta potuit promptitudine, misit quæ licuit adjumenta; et quidem præter exemplarium symbolas, de suo quoque non pauca, ut ante in Clemente, contribuit. Quibus potitus, instituta exemplarium collatione, deprehendi quod ante quoque aliquoties expertus eram, parum præstari, si unius tantum exemplaris ope gravis alicujus auctoris susciperetur editio. Etsi enim vetus exemplar Palatinum a viro docto sat diligenter perscriptum erat, tamen multis in locis mancum inventum est, ita ut non modo singulares particulæ passim in eo desiderarentur, sed sæpenumero integra etiam membra omissa essent: quod equidem non descriptori, ut homini erudito, sed exem-

plari, quod propositum habuit, adscribendum putaverim. In quibus supplendis ut vetus Augustanus præclaram navavit operam, ita recentiores in multis ei non cesserunt. Licet enim negligenter passim scripti essent, multis etiam in locis mutili; tamen ex optimæ notæ libro primitus exscriptos esse apparebat. Et ut inter vetustiores integrior erat Augustanus, ita viceversa inter recentiores sanior erat Palatinus. Palatinus vetustior id præ ceteris habuit singulare, ut cum Augustano veteri sub finem undecimi, recentioribus duobus sub finem duodecimi, aliquot deessent paginæ, solus ipse Disputationibus his coronidem imposuerit. His quintus accessit Acciaolus. Nam et ille partim in versione sua, partim in testimoniorum allegatione Græca, quam secutus esset lectionem non obscure indicabat. Loca enim quæ a Theodoreto citantur, si brevia essent, integra versioni suæ inseruerat: si prolixiora, initia tantum posuerat; et quidem interdum a versione sua discrepantia. Quæ allegatio a nobis in hac nostra editione data opera prætermissa est: quia, cum Latinis Græca ex adverso apposuerimus, superfluum fuisset si bis eadem utrobique a nobis fuissent posita. His ergo auxiliis adscitis, si qua in apographo nostro aperte deessent, e ceteris supplevi: quæ vero specie quapiam ab eo aberant, ita ut aliquo modo abesse posse viderentur, et contra, si qua in eo essent quæ a ceteris abessent, ea plerumque uncis inclusi, ut eo melius in oculos et censuram legentium incurrerent. Idem tamen etiam feci nonnumquam, ubi aliquis insignis in exemplari nostro erat defectus: ut inde perspiceretur, quam negligenter passim boni auctores a librariis sint tractati. Porro quia et ratio hujus operæ reddenda videbatur, seorsum notarum libellum confeci; in quo non tantum exposui quæ a quibus codicibus abessent, sed etiam sicubi vel in scriptura vel in sententia iidem variarent codices. In quo genere quoniam multa erant ejusmodi ut non uni dumtaxat loco, sed pluribus; neque huic solummodo auctori, verum etiam aliis inservire possent; bona eorum pars, in notarum libello prætermissa, vel in Græcum vel in Latinum Indicem, prout ferebat commoditas, relata est: effectumque ut partim grammatici partim historici et pragmatici repertorii vicem præstent. Quin et fontes ipsos a quibus Theodoretus hausit, non raro adii, si

vel necessitas id postularet, vel temporis angustia pateretur. Qua in re id Acciaolo debetur, quod S. Scripturæ loca pleraque omnia versionis margini adjecerat: cetera nos, quantum licuit, investigavimus. Sicut autem Acciaoli opera nos identidem adjutos esse libenter profitemur, ita vicissim illi non nihil officii præstitimus. Nec enim id solum studuimus ut fideliter et emendate versionem ejus ad exemplaris vestigia exprimeremus, sed etiam sicubi eam a Græcis dissonare animadverteremus, in notis nostris ea de re monuimus. Præterea quia in margine versioni ejus annotatiunculæ nonnullæ adjectæ erant, quæ versioni aliquid afferrent lucis, eæ partim in notarum libello, partim in ejus fine seorsum, partim etiam in Indicibus, pro cujusque commodo, sunt positæ. Tum versionis editionem secuti sumus antiquissimam et optimam; eam nempe quam Parisiis anno 1519. curavit Henricus Stephanus, ejus quo nos magistro usi sumus, avus. In Indicibus id præcipue spectatum est, ut Græcus exhiberet quæ vel ab auctore ipso enarrantur, vel a codicibus variantur, vel alioqui notatu digna sunt: in Latino autem res memorabiliores et auctorum allegationes repræsentarentur, expedito quærentium compendio. Auctores vero ipsos a tergo frontispicii seorsum alphabetica serie percensuimus; ut brevi synopsi quibus usus sit testibus perspici queat. Intelligis ergo lector quid partim de nostro huc collatum sit, partim ab aliis petitum. Quo nomine ut suam cuique gratiam apud te constare par est, ita etiam Marburgensi academiæ hoc debetur, quod me de clementissimorum Principum nostrorum suffragio ad continuandam bonorum auctorum editionem annuo subsidio jam aliquot annos adjuvat. Quod reliquum est, doctos rogamus ut et gratis animis hanc operam nostram accipiant, et si quo eam spicilegio adornare possunt, in studii hujus consortium ultro sese offerant: nominatim vero talem *συνερανισμὸν* petimus a cc.vv. Fulvio Ursino et Theodoro Cantero: quorum ille ante decennium jussu Pontificis has Theodoreti Disputationes, ut in Bibliotheca Vaticana ponerentur, de novo exscribendas curavit, multisque locis mendosas et mutilas correxit ac restituit: hic vero, illas pene totas sua ipsius manu ante aliquot annos e vetere libro transcripsit. Quibus si et alii socios se adjungere volent, bonam et a nobis et a republica inibunt gratiam.

In Theodoreti Disputationes has Epigramma ex August. Cod.

[Vid. J. Hardt. Catal. MSS. Reg. Bavar. T.V. p. 63.]

῾ΩΣ Νεῖλος ἄλλος, πλημμυρῶν τοῖς σοῖς λόγοις,
Ω Θευδώρητε, τῶν Ἀχαιῶν τὴν πάλην (γρ. πλάνην)
Πνίγων, τὸν καλὸν πίστεως αὔξεις σπόρον.

Aliud Ἰωάννου Εὐχαΐτων, *ex Codice Palatino.*

Ἐνιστορήσας τοὺς σοφοὺς διδασκάλους,
καὶ τὸν Θεοδώρητον αὐτοῖς συγγράφω,
ὡς ἄνδρα θεῖον, ὡς διδάσκαλον μέγαν,
ὡς ἀκράδαντον ὀρθοδοξίας στύλον.
ἂν δ' ἐκλονήθη μικρὸν ἔκ τινος τύχης,
ἄνθρωπος ἦν, ἄνθρωπε· μὴ κατακρίνῃς·
οὐ γὰρ τοσοῦτον δυσσεβὴς ἦν ὁ κλόνος,
ὅσον μετεῖχε τῆς ἐριστικῆς βίας.
τί γάρ; Κύριλλον πανταχοῦ νικᾶν ἔδει,
καὶ δογματιστὴν ὄντα καὶ λογογράφον·
ὅμως δὲ τούτῳ καὶ διώρθωται πάλιν·
τὰ δ' ἄλλα πάντα τῶν μεγίστων ποιμένων
βλέπων τὸν ἄνδρα μηδενὸς λελειμμένον,
ἐνταῦθα τούτοις εἰκότως συνεγγράφω.

Horum Epigrammatum primum manifestum præsentis operis habet encomium: alterum, alludit ad acta Concilii Ephesini: quæ cum in editione nostra prolixe sunt exposita, tum brevius a Zonara, quod hunc ad locum attinet, his verbis attinguntur tomo tertio, 35, 9: [XIII. 22.] Πρὸς τρανοτέραν δὲ τῆς πίστεως ὁμολογίαν, καὶ τῆς δυσσεβείας τοῦ Νεστορίου σαφέστερον ἔλεγχον, καὶ δώδεκα συντάξας κεφάλαια ὁ ἱερώτατος Κύριλλος τῆς ὀρθῆς δόξης ὑπομνήματα, τῇ ἐκκλησίᾳ παρέδωκεν. Ὁ δὲ Νεστόριος ἀπεβλήθη, καὶ τοῦ τῶν ὀρθὰ φρονούντων ἀρχιερέων ἀπεκινήθη χοροῦ. Μετὰ τρίτην δὲ τῆς συνόδου ἡμέραν ἐφίστανται τῇ Ἐφέσῳ ὅ τε Ἀντιοχείας Ἰωάννης (Chrysostomus videlicet) καὶ ὁ Κύρου ἐπίσκοπος Θεοδώρητος, καὶ ὁ Ἐδέσης Ἴβας, καὶ ἕτεροι· καὶ ὅτι μὴ καὶ τὴν αὐτῶν παρουσίαν οἱ τῆς συνόδου ἀνέμειναν, ὀργισθέντες κατὰ τοῦ μεγάλου Κυρίλλου ὡς τῶν ἄλλων ἐξάρχοντος, τήν τε τοῦ Νεστορίου καθαίρεσιν ᾐτι-

ἐκείνης, καὶ δεκάτῳ θέματι, τοῦ τε θείου Κυρίλλου καὶ Μέμνονος τοῦ Ἐφέσου καθαίρεσιν ἐψηφίσατο. Ὁ Θεοδώρητος δὲ καὶ κατὰ τῶν δώδεκα κεφαλαίων τῶν τοῦ Κυρίλλου ἐχώρησε, καὶ εἰς ἀνατροπὴν αὐτῶν κεφάλαια συνέταξεν ἕτερα· πρὸς ἃ πάλιν ὁ μέγας ἀντεγράψατο Κύριλλος, οὐκ ὀρθῶς δογματίζειν ἐλέγχων τὸν Θεοδώρητον. Κατεγνώσθησαν δὲ παρὰ τῆς συνόδου ὅ τε Ἀντιοχείας καὶ οἱ λοιποί, καὶ τῶν ὀρθοδόξων ἠλλοτριώθησαν. Οὕτως οὖν τούτων ἐχόντων, καὶ κατ' ἀλλήλων γενομένων τῶν ἐπισκόπων, καὶ σχίσματος ὄντος μέσον αὐτῶν, ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος ἀφικέσθαι πάντας ἐκέλευσεν εἰς Κωνσταντινούπολιν. Καὶ παραγενομένων, ἐνώπιον τοῦ βασιλέως ἡ ζήτησις γέγονε, καὶ καθῃρέθη Νεστόριος, καὶ εἰς ἔρημον ὑπερωρίσθη, τοῦ Ἀντιοχείας καὶ τοῦ Θεοδωρήτου συμφωνησάντων τῇ ἱερᾷ συνόδῳ, ὡς διὰ λύπην καὶ ἔριν ἀντικαθισταμένων τὸ πρότερον.

Ex Gennadio Presbytero Massiliensi; Coloniensis editionis p. 194.

Theodoretus Cyri civitatis Episcopus (a Cyro enim rege Persarum condita servat hodieque apud Syriam nomen auctoris) scripsisse dicitur multa: ad meam tamen notitiam ista sunt quæ venerunt: De incarnatione Domini adversus Eutychen presbyterum et Dionysium Alexandriæ episcopum, qui humanam in Christo carnem fuisse negant, scripta fortia; per quæ confirmat et ratione et testimoniis Scripturarum, ita illum veram maternæ substantiæ carnem habuisse, quam ex matre virgine sumpsit, sicut et veram deitatem, quam æterna nascibilitate a Deo patre gignente ipse nascendo accepit. Sunt et ejus decem Historiæ Ecclesiasticæ libri; quos imitatus Eusebium Cæsariensem scripsit, incipiens a fine librorum Eusebii, usque ad suum tempus; id est, a Vicenalibus Constantini usque ad imperium Leonis senioris, sub quo et mortuus est.

Eadem iisdem pene verbis, sed brevius, leguntur in Honorii et Sigeberti epitomis. Hoc duntaxat est discrepantiæ, quod Honorius habet Dioscoron Alexandriæ episcopum, *ut et Zonaras tomo tertio,* 36, 15: *et Sigebertus.* De vera incarnatione Domini: *itemque mox,* veram in Christo carnem.

JUDICIUM JOANNIS LUZACII

De auctoritate Theodoreti in iis quæ ad Historiam Philosophicam spectant,

Excerptum ex Lectionibus Atticis II. 32. p. 295 etc.

INTER omnes, quos post Constantini Magni ætatem Patres Græci scripserunt, libros vix alius reperietur bonæ frugis magis plenus, quam est Theodoreti *Græcorum malorum Curatio.* Sunt quidem in istis *Sermonibus* complura non incognita iis, qui Clementem Alexandrinum et Eusebium legerint, item Justinum Martyra, Theophilum Antiochenum, atque Origenem: namque solet Cyrensis noster Eusebium frequenter sequi, non appellato auctore: illos tamen scriptores, qui post Constantini Magni vixerunt ætatem, Porphyrium inprimis, ipse diligenter legisse inque suos usus convertisse videtur; quare lubens adsentior Moshemio[a], cui Theodoretus dicitur *Scriptor disertus*, *copiosus*, *eruditus*, *cujus in omnem eruditionem sanctiorem non contemnenda exstant merita.* Neque tamen justa hæc laus efficit, quo minus in *Sermonibus* hisce, profecto jucundissimis et utilissimis, sæpius tum curam in describendo ac judicando, tum candorem atque æquitatem desideremus, quæ certe postrema virtus in oppugnanda Græcorum sapientia illos frequenter nimis Patres Græcos Latinosque deseruisse videtur, quorum animos Celsi, Porphyrii, Juliani, Libanii, aliorumque Rhetorum Sophistarumque Gentilium libri, calumniis referti, (uti supra jam diximus) exacerbaverant.—At vero non nostrum tantum, sed summi Richardi Bentleii[b], de Theodoreto judicium paucis exemplis confirmemus.

[a] Hist. Eccles. Sæc. V. pag. 208.

[b] In Epist. ad Millium pag. 13. Dissert. de Epist. Socr. §. XIV. pag. 78.

Ac primum insignis error est, præcipitis in describendo studii indicium, (nisi corruptissimum locum dicamus), quando, Porphyrium describens, ipsum Aristoxenum ait cum Socrate versatum, quod non tantum temporum rationibus repugnat, verum et a Porphyrio non fuit traditum, secundum quem non Aristoxenus fuit sed Spintharus, Aristoxeni pater, cujus fidem filius sit secutus, quando ait, Socratem tam fuisse iracundum suique impotentem, ut nullo opprobrio abstinuerit, dictis factisque frena laxans animi impotentiæ: *Λέγει δὲ ὁ Ἀριστόξενος, ἀφηγούμενος τὸν βίον τοῦ Σωκράτους, ἀκηκοέναι Σπινθάρου τὰ περὶ αὐτοῦ, ὃς ἦν εἷς τῶν τούτῳ ἐντυχόντων.*—Hæc Cyrillus Alexandrinus. Theodoretus contra: *Πορφύριος, Ἀριστοξένῳ μάρτυρι κεχρημένος, τὸν Σωκράτους βίον ξυγγεγραφότι· ἔφη γὰρ μηδενὶ ἑτέρῳ ἐντετυχηκέναι κ. τ. λ.* quasi Aristoxenus fuerit, qui hæc ipse retulerit testis oculatus et auritus. At vero si hunc errorem librariis, non ipsi Theodoreto, tribuamus, alia sunt, in quibus non majorem quidem curam, sed meliorem fidem, animum veri magis studiosum, cupiditatemque in reprehendendo minus acerbam minusque (ut ita dicamus) cœcam, ab antistite pietatis Christianæ requirimus. Postquam Porphyrii verbis retulisset, "Socratem tam ineptum fuisse, tam disciplinæ omnis rudem, ut risum debuerit, quotiescunque aliquid vel scriberet vel legeret, quin ut infantem balbutiisse;"—postquam igitur hæc non prius audita retulisset, mox illa confirmat loco Platonis in *Apologia*, ubi is Socratem ad judices dicentem facit: *Οὐ μήν τοι, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κεκαλλιεπημένους γε λόγους ῥήμασίν τε καὶ ὀνόμασιν, οὐδὲ κεκοσμημένους, ἀλλ' ἀκούσεσθε εἰκῇ λεγόμενα τοῖς ἐπιτυχοῦσι ὀνόμασι.* Quid itaque? Qui simplici oratione utatur, ut innocentiam tueatur suam;—qui existimet, veritatem caussæ ornamentis oratoriis non indigere; qui a Lysia scriptam pro se defensionem recusaverat, quod ea, ex arte facta ad movendam misericordiam, infra dignitatem viri justi ac constantis esse videretur;—ille propterea fuerit (uti ait Cyrensis noster) *ἀμαθὴς τὴν γλῶτταν καὶ ἀπαίδευτος*? Siccine, Theodorete, ignorabas Euripidéum istud,

Ἁπλοῦς γ' ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ?

Profecto non ignorabas! Sed tua te abripuit atque transversum egit occœcata cupiditas! Quin a te rogo, an ipsa illa,

quam ex Platone adfers, ῥῆσις tibi tam inculta, tam omnis videatur artis oratoriæ expers? Neque hoc profecto dices!—Sed aliud est, quod itidem a Theodoreto aut a Theodoreti defensore quoquam quæsitum velim. Numne cuncta illa, quæ Plato scripsit in *Apologia*, sic a Socrate crediderit in judicio pronunciata? Ipsum audiamus. Ἐγὼ δὲ *οἶμαι*, inquit [c], *καὶ Σωκράτην τὸν Σωφρονίσκου τὸν ἀλεκτρυόνα θῦσαι κελεῦσαι, ἵνα τὴν κατ' αὐτοῦ γεγενημένην διελέγξῃ γραφήν· ἐγραψάτην (ἐγραψάσθην) γὰρ αὐτὸν* Ἄνυτός *τε καὶ* Μέλιτος, *ὡς εἶναι θεοὺς οὐ νομίζοντα· ὅτι γὰρ ἀνενδεὲς τὸ θεῖον ἠπίστατο, σαφῶς ἐν ἑτέροις δεδήλωκεν· αὐτοῦ γὰρ δὴ καὶ ταῦτα, εἴπερ δὴ ἄρα ὁ* Πλάτων *τὰ ἐκείνου ξυνέγραψε δόγματα·* post quæ Socratis e Platone verba sequuntur. Ergo, quæ egregia exstat disputatio de summo Numine, per se beato ac nullius rei indigente, illa Theodoretus dubitat an re ipsa a Socrate sit habita, an vero sub illius persona a Platone sit conficta: verum, quando ait in *Apologia*, simplici se, non fucato, ac pene rudi sermone ad sui defensionem usurum, tunc modesta nimis atque humilis (ut Theodoreto quidem videbatur, quamquam alii nobiscum aliter judicabunt) hæc Platonis non fuit oratio, sed Socrati tribuenda tanquam indicium ipsius in dicendo infantiæ et rusticitatis.—Sic malevolentia sibi sæpe contraria est, aliter atque aliter de eadem re pronunciat, prouti animi impetus jubet: sic conjuncta separat, repugnantia conjungit. Narrat nobis ex Porphyrio Theodoretus, "Socratem, quum juvenis esset, "in intemperantiam vitamque libidinosam fuisse proclivem; "sed ætate provectiorem studio ac doctrina eo profecisse, ut "vitiosæ indolis vestigia deleret, sapientiæ vero amorem animo "imprimeret:" *Καὶ γὰρ τὸν Σωκράτην τοῦ Σωφρονίσκου, φησὶν ὁ* Πορφύριος, *εἰς ἀκολασίαν, ἡνίκα νέος ἦν, ἀποκλίναντα, σπουδῇ καὶ διδαχῇ τούτους μὲν ἀφανίσαι τοὺς τύπους, τοὺς δὲ τῆς φιλοσοφίας ἐκμάξασθαι.* Atque talia re vera de juvene Socrate ab Aristoxeno scripta, quem Porphyrius secutus est, antea jam observavimus. Mox vero, sui immemor aut sibi ipse contrarius, Cyrensis Episcopus eodem Porphyrio teste utitur, ut demonstret, eum per totam vitam voluptarium fuisse ac meretricibus deditum, *καὶ ἄλλα δὲ τοιαῦτα διεξελθὼν δείκνυσιν*

[c] Serm. VII. pag. 109, 47.

αὐτὸν καὶ ταῖς ἡδυπαθείαις δεδουλωμένον. Neque enim, si et Aristoxenus et Porphyrius sic male cohærentia probra, et repugnantia sibi dicta, ad posteros propagarunt, hæc penes me pro Theodoreto, non magis quam pro Cyrillo, valet excusatio, quorum officium fuerat, falsitatem testis vel inde arguere, quod in testimonio sibi ipse suo non constaret.

At vero non in solum Socratem iniquus fuit Theodoretus, ut per latus principis philosophorum ipsam philosophiam Græcorum letifero vulnere prosterneret. De aliis quoque philosophis et in aliis historiæ philosophicæ partibus æquitatem ejus et fidem desideramus. Uno exemplo defungamur. Aristoteli haud magis parcit quam aut Socrati, aut Platoni. Ἀριστοκλῆς, inquit[d], ὁ Περιπατητικὸς Λύκωνα φάναι τὸν Πυθαγόρειον ἔφη, ὡς Ἀριστοτέλης ὁ Νικομάχου θυσίαν τετελευτηκυίᾳ τῇ γυναικὶ τοιαύτην εἰώθει προσφέρειν, ὁποίαν Ἀθηναῖοι τῇ Δήμητρι. Et alio iterum loco[e]. Καὶ οἱ Περιπατητικοὶ δὲ λόγῳ μὲν εὐφήμουν τὴν ἀρετήν, ἐκύδαινον δὲ ἔργῳ τὴν ἡδονήν· καὶ ταῦτα αὐτῶν οὐκ ἄλλοι κατηγοροῦσιν, ἀλλ' αὐτοὶ περὶ τοῦ σφῶν διδασκάλου ξυγγράφουσιν. Ἀριστοκλῆς γὰρ ποῦ ὁ Περιπατητικὸς, Λύκωνα, ἔφη, τὸν Πυθαγόριον περὶ Ἀριστοτέλους φάναι, ὅτι, ἐν ἐλαίῳ θερμῷ λουόμενος, τοῦτο ὕστερον ἀπεδίδοτο· καὶ, ἤνικα δὲ εἰς Χαλκίδα ἀπῄει, τοὺς τελώνας, ἔφη, διερευνωμένους τὸ πλοῖον, εὑρεῖν αὐτῷ λοπάδια [χαλκᾶ] τέτταρα καὶ ἑβδομήκοντα· ἄλλους δέ τινας εἰρηκέναι, τριακοσίας αὐτὸν ἐσχηκέναι λοπάδας. Καὶ οἶμαι αὐτοὺς μὴ παντάπασιν ψεύδεσθαι· ἐν τούτοις γὰρ δὴ ἐκεῖνος τὴν εὐδαιμονίαν ὡρίζετο· εἰώθει γὰρ λέγειν, οὐκ ἄλλως εὐδαίμονα τινὰ γίγνεσθαι, ἢ διὰ τῆς τοῦ σώματος εὐπαθείας, καὶ τῆς τῶν ἐκτὸς περιουσίας· ὧν ἄνευ μηδὲν τὴν ἀρετὴν ὠφελεῖν. Καὶ τοῦτο [δὴ] σαφῶς Ἀττικὸς ὁ Πλατωνικὸς, ἐν οἷς πρὸς Ἀριστοτέλην γράφει, δεδήλωκεν· κ. τ. λ.—Itane vero, Theodorete? An bona fide agis; anne, pravo carpendi studio abreptus, sciens fallis, atque imprudentes in errorem inducere conaris? Quid? *ipsi Peripatetici* præceptorem suum accusarunt, eaque, tanquam si iis fidem haberent, scripserunt, quæ refers, et de sacrificiis vita functæ uxori Pythiadi ab Aristotele oblatis, qualia sacra Cereri facere Athenienses solebant, et de oleo vendito, postquam eo se ipse lavasset, et quæ cætera sunt hujusmodi?

[d] Serm. VIII. pag. 116, 45. [e] Serm. XII. pag. 173, 10.

Certe, si hisce probris Lycéi auctorem onerassent ipsius discipuli et asseclæ, te oportuerat idem sentire, quod sentiebat, quem mox laudabimus, Eusebius, quando vir bonus et modestus, ipso, quem præ oculis habebas, loco, ait: *ἐμοὶ δ' οὐ φίλον ἄνδρα οὐδ' αὐταῖς ἀκοαῖς ἀνέχεσθαι κακῶς πρὸς τῶν οἰκείων ἀγορευόμενον·* Et illi tamen *οἰκεῖοι* non erant discipuli Aristotelis, sed philosophi ex aliis scholis profecti, Epicurus, Alexinus Eristicus, Lycon Pythagoréus, tum oratores aliique philosophiæ et Lycéo adversi, Demochares, Cephisodorus, et Eubulides; neque alius est, qui in hunc calumniatorum censum isto loco referatur, Peripateticus, nisi unus Aristoxenus, homo asper ac maledicus, ingratusque in præceptorem discipulus: tu vero, Theodorete, nobis fingis Aristoclem aliosque talia de auctore disciplinæ suæ, tanquam explorata et probata, narrantes! Tum certe *οἰκεῖοι* fuissent, *οἳ κατηγόρουν ταῦτα τοῦ σφῶν διδασκάλου*, eamque omnes meruissent censuram, quam nos uni Aristoxeno debitam existimamus. At vero neque illi principem Lycéi sic sunt calumniati, neque tu id adfirmare potuisses, si egisses, uti inter bonos bene agier oportet! Nimirum neque Aristoclis Peripatetici *de Philosophia* libros ipse legeras, neque Attici Platonici *Disputationem adversus Aristotelem;* sed, quæ ex illis convertis in rem tuam, ea omnia, ipsis etiam verbis, descripsisti ex Eusebii, Pamphili, Episcopi, *Præparationis Evangelicæ* Libro decimo quinto, uti tu et Cyrillus, et alii item Patres, qui tua et proxima vixerunt ætate, vestram, qua splendidi fulgetis, philosophiæ Græcæ notitiam, non ex ipsis hausistis fontibus, sed ex Theophilo Antiocheno, Clemente Alexandrino, atque Eusebio. Eusebii autem commentarios describis, tacito illius [f] nomine, quo silentio et tu majorem doctrinæ atque eruditionis gloriam consequi videreris, et veterum, quæ ex illis sumis, loca difficilius dijudicarentur. Id vero in hac nostra caussa evenit. Tu ais: *Καὶ ταῦτα αὐτῶν* [*τῶν Περιπατητικῶν*] *οὐκ ἄλλοι κατηγοροῦσιν, ἀλλ'* ΑΥΤΟῚ *περὶ τοῦ σφῶν διδασκάλου ξυγγράφουσι.* Quinam, quæso, isti sunt *αὐτοί*? Non certe Lycon, quem ipse

[f] Ad Eusebii Libros *Præparationis Evangelicæ* semel Theodoretus lectorem suum, qui plura scire velit, ablegat, Serm. II. pag. 35, 22. cæterum, quamvis hosce libros ubique fere in usus suos adhibuerit, de illis tacet, omniaque, velut ex sua ipsius penu, depromit.

appellas τὸν Πυθαγόρειον, diversus adeo a Lycone Peripatetico. Igitur testis, quem contra τὸν αὑτῶν διδάσκαλον citas, est Aristocles, qui revera Peripateticus fuit. Sed an Aristocles narrationi aut fabulis Lyconis aliorumque de Aristotele fidem habuit? Tu pulchre noveras, eas ab illo tanquam putidas calumnias repudiatas ac rejectas fuisse: etenim in fragmento Aristoclis apud Eusebium[g] haec illius legeras verba. Πάντα δ' ὑπερπαλαίει μωρίᾳ τὰ ὑπὸ Λύκωνος εἰρημένα, τοῦ λέγοντος εἶναι Πυθαγορικὸν ἑαυτόν· φησὶ γὰρ θύειν Ἀριστοτέλη θυσίαν τετελευτηκυίᾳ τῇ γυναικὶ τοιαύτην, ὁποίαν Ἀθηναῖοι τῇ Δήμητρι, καὶ ἐν ἐλαίῳ θερμῷ λουόμενον, τοῦτο δὴ πιπράσκειν,—tum cætera de ollis, quas publicani, dum Aristoteles Chalcida navigaret, in navi repererint, quæ ipsis pene verbis ex integro Aristoclis fragmento apud Eusebium descripsisti: et, quum Peripateticus ille ait, Lycona Pythagoricum, talia narrantem, supra omnes Aristotelis calumniatores, quos eodem loco refert et refutat, delirasse, tu, quasi ista ipsius Aristoclis[h] fuisset

[g] *Præp. Evang.* lib. XV. cap. 2. pag. 792.

[h] Ad DIOGENEM LAERTIUM lib. V. segm. 16. ubi eadem hæc Lyconis in Aristotelem calumnia, sed breviter, narratur, ISAACUS CASAUBONUS eandem, quam nos in Theodoreto, culpam reprehendit in κακοήθει quodam: "Falsum est "igitur (inquit) quod ait κακοήθης, "qui ausus est scribere, *duos* cele-"berrimos Peripateticos Aristote-"lem avaritiæ accusasse, Lyconem "et Aristoclem: in quo multiplici-"ter fallitur, fallitque: quod enim "a *duobus Peripateticis* factum esse "dicit, id *ne de uno quidem* verum "est; si quidem solus Lyco hoc "objecit, qui fuit (voluit quidem "certe videri) Pythagoricus: Ari-"stocles autem tantum ab eo ab-"fuit, ut id objiceret, ut ne crede-"ret quidem; (quod ex ejus verbis, "quæ hodieque supersunt, intelli-"gere cuivis licet:) eos insanire ex-"trema linea putavit Aristocles, qui "hæc adversus Aristotelem con-"finxissent. Sed, ut intelligat lec-"tor, quam *parum candide* fecit, qui "se *duorum Peripateticorum*, ut ait, "celeberrimorum auctoritate adver-"sus Aristotelem armare voluit, pri-"mum ejus verba apponam, deinde "Theodoreti locum proferam, cujus "ille auctoritate non utitur, sed im-"probissime abutitur."—Κακοήθης iste, quem hic, ut alibi, tacito nomine, haud leniter tangit Casaubonus, non alius est nisi FRANCISCUS PATRICIUS; et verba, quæ mox ille refert, leguntur in hujus *Discussionibus Peripateticis*, tom. I. lib. 1. pag. 11. in f. Sed, ut æqui simus, fatendum est, nimis inclementer cum Patricio agere Casaubonum, ac paululum iniquiorem fuisse in eum, cujus acerrimum contra Aristotelem ac Peripateticos odium κακοηθείας nota ipsi ulciscenda videbatur: namque Patricius, Theodoretum testem producens, simpliciter eum secutus est, nihilque adfirmavit, quod non antea adfirmaverat Cyrensis antistes: igi-

narratiuncula, vel illum *κατήγορον* producis *κατὰ τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον,* vel Lycona Peripateticum imperite confundis cum altero Lycone calumniatore, mendace, et maledico, quem ipse appellas *Πυθαγορικόν.* Quin tu de ollis istis in navigio repertis simpliciter dicis, "Lycona retulisse, septuaginta quatuor illas numero fuisse, alios trecentas:" *ἄλλους δέ τινας εἰρηκέναι, τριακοσίας αὐτὸν ἐσχηκέναι λοπάδας.* Dissimulas vero aut silentio premis, ex varianti et contraria ejusmodi narratione Aristoclem falsitatis et calumniæ argumentum petiisse, atque adjecisse, "nonnisi contemtu vindicandam calumniosam ejusmodi maledicentiam:" de Epicuro, Timæo, Aristoxeno musico loquitur, item de Alexino Eristico, Eubulide, Demochare, Cephisodoro, denique de illo, qui omnes mendacibus nugis superarat, Lycone Pythagoréo: *Καὶ σχεδὸν οἱ μὲν πρῶτοι,* inquit, *διαβαλόντες Ἀριστοτέλην τοσοῦτοι γεγόνασιν, ὧν οἱ μὲν κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἦσαν χρόνους· οἱ δὲ, μικρὸν ὕστερον ἐγένοντο· πάντες δὲ σοφισταὶ, καὶ ἐριστικοὶ, καὶ ῥήτορες, ὧν καὶ τὰ ὀνόματα καὶ τὰ βιβλία τέθνηκεν τῶν σωμάτων μᾶλλον. Τοὺς μὲν γὰρ μετὰ ταῦτα γεγονότας, ἢ τὰ ὑπὸ ἐκείνων εἰρημένα λέγοντας, παντάπασιν ἐᾷν δεῖ χαίρειν, καὶ μάλιστα τοὺς μηδ᾽ ἐντετυχηκότας τοῖς βιβλίοις αὐτῶν, ἀλλ᾽ αὐτοσχεδιάζοντας· ὁποῖοι εἰσι καὶ οἱ λέγοντες, τρια-*

tur, si qua illius culpa est, magis ea ignorantiæ fuit quam malæ fidei, quod, scilicet, nesciverit, quæcunque ex Aristocle se habere Theodoretus præ se ferat, ea omnia sumta esse ex Eusebii *Præparatione Evangelica,* ita autem esse desumta, ut error Patricii inde sit natus. Prius quidem non latuit Casaubonum, qui pro excellenti doctrina sua id animadvertere non neglexit. Itaque non in immerentem Patricium hæc faba erat cudenda, sed in Theodoretum, quandoquidem ille nihil plane scripsit, quod apud hunc non reperiatur. At vero Casaubonus, qui Aristoteli emendando ac corrigendo haud levem curam impenderat, ut Aristotelis osorem reprehenderet, "*videamus nunc,* inquit, *quid dicat Theodoretus:* Ἀριστοκλῆς γάρ που ὁ Περιπατητικὸς Λύκωνα κ. τ. λ."—Sed, dum ab istis verba Theodoreti orditur, omittit præcedentia: *Καὶ οἱ Περιπατητικοὶ δὲ λόγῳ μὲν εὐφήμουν τὴν ἀρετὴν, ἐκύδαινον δὲ ἔργῳ τὴν ἡδονήν· καὶ ταῦτα αὐτῶν οὐκ ἄλλοι κατηγοροῦσιν, ἀλλ᾽* ΑΥΤΟΙ *περὶ τοῦ σφῶν διδασκάλου ξυγγράφουσι*: quæ certe verba, casu an studio prætermissa, Casaubonum et a tam severa censura in Patricium, Theodoreti vestigia tantummodo secutum, et a laudando præsertim contra Patricium Theodoreto, debuerant retinere. Verum ita agitur in rebus humanis, quando cupiditas aut iracundia animum occupavit: et tamen in Casaubono, viro sanequam optimo, mansuetudinem alias non desideramus.—Hæc in transitu observanda videbantur.

κοτίας ἔχειν λοπάδας αὐτόν· οὐδεὶς γὰρ ἂν εὑρεθείη περὶ αὐτοῦ τοιοῦτον οὐδὲν εἰρηκὼς τῶν τότε ὄντων, ὅτι μὴ Λύκων· οὗτος μέντοι, καθάπερ ἔφην, εἴρηκεν εἰρῆσθαι λοπάδια πέντε καὶ ἑβδομήκοντα.—Hæc omnia, et plura quæ omittimus, ad defensionem præceptoris ab Aristocle scripta, a Theodoreto reticentur, qui contra persuadere nobis conatur, Lycei principem ab ipsis discipulis asseclisque suis accusatum fuisse. Nos vero in tali dissimulatione ac reticentia bonam fidem requirimus.—Sed Theodoretum, quem solus fortassis excusat rei Christianæ qualibuscunque etiam armis defendendæ ardor, solumque Porphyrii, Juliani, similiumque odium,—Theodoretum, inquam, tandem mittamus, una tantummodo observatione adjecta, illum, scilicet, hac quoque arte adversario suo, Cyrillo Alexandrino, supparem fuisse: Nam, uti ille scripsit, "ipsos, qui Socratem admirabantur, de ejus libidine, mulierositate, iracundia, cæterisque vitiis fuisse testatos,"—hi autem Socratis (ut ita dicam) admiratores non alii fuerunt nisi unus Aristoxenus, quique Aristoxenum descripsit, Porphyrius, acerrimi uterque et infensissimi ejus adversarii; similiter illi, qui Aristotelem probris apud posteros onerarunt atque infamarunt, si Theodoreto credamus, ipsi fuerunt Stagiritæ discipuli.—*αὐτοὶ περὶ τοῦ σφῶν διδασκάλου ξυγγράφουσι*.—Atqui vero non alii iterum fuerunt nisi unus Lycon, non Peripateticus ille, suavitate morum ac sermonum notissimus, sed Pythagoreus maledicentissimus et mendacissimus, tum Aristocles, Peripateticus quidem, sed qui a calumniatorum injuriis, ipsiusque adeo Lyconis mendaciis, præceptorem suum candide vindicaverat.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ ΠΑΘΗΜΑΤΩΝ·

Η,

ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ ΕΞ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΣ ΕΠΙΓΝΩΣΙΣ.

Η ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

ΠΟΛΛΑΚΙΣ *μοι τῶν τῆς Ἑλληνικῆς μυθολογίας ἐξηρτημένων συντετυχηκότες τινὲς τήν τε πίστιν ἐκωμῴδησαν τὴν ἡμετέραν, οὐδὲν ἄλλο λέγοντες ἡμᾶς τοῖς τὰ θεῖα παρ' ἡμῶν παιδευομένοις ἢ τὸ πιστεύειν παρεγγυᾶν, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων κατηγοροῦν ἀπαιδευσίας, βαρβάρους ἀποκαλοῦντες, τὸ γλαφυρὸν*

1, 3. *τὴν* [*δὴ*] *πίστιν*] *τήν τε πίστιν* B.Va. *δὴ* om. C.Vb. 5. *προξενεῖν τοῖς τὰ*] *προξενεῖν* deest B.C. 6. *τὸ τῆς πίστεως*] *τὸ πιστεύειν* B. Vid. infra, 12, 4. ib. *καὶ τῆς—κατηγοροῦν*] *τῆς—κατηγοροῦντες* C. *κατηγοροῦντες* item Vb. et mox *καὶ βαρβάρους.*

THEODORITI

Cyrensis Episcopi Græcarum affectionum Curatio; seu, Evangelicæ veritatis ex Græcorum Gentilium Philosophia cognitio:

Zenobio Acciaolo interprete.

PROLOGUS.

SÆPENUMERO accidit ut nonnulli eorum qui suspensi Gentium ac Græcorum fabulas admirantur, mecum familiarius diversati, tum Christianam fidem comice obtrectarint, asserentes, nihil nos aliud quam meram credulitatem insinuare illis, quos divinis rebus imbuendos accipimus; tum vero et Apostolos tarditatis atque

τῆς εὐεπείας οὐκ ἔχοντας· καὶ τὸ γεραίρειν δὲ τοὺς μάρτυρας καταγέλαστον ἔφασκον, καὶ λίαν ἀνόητον τὸ πειρᾶσθαι τοὺς ζῶντας παρὰ τῶν τεθνεώτων ὠφέλειαν πορίζεσθαι· προστετίθεσαν δὲ καὶ ἕτερα ἄττα παραπλήσια τούτοις, ἃ διδάξει τὸ σύγγραμμα. Ἐγὼ δὲ πρὸς μὲν ἐκείνους ἅπερ ἐχρῆν διεξῆλθον, τὰ κατηγορήματα διαλύων· ἀνόσιον δὲ ᾠήθην καὶ δυσσεβὲς παριδεῖν τοὺς ἁπλοῖς ἤθεσι κεχρημένους ὑπ' ἐκείνων ἀπατωμένους, καὶ μὴ συγγράψαι καὶ διελέγξαι τῶν κατηγορημάτων τὸ μάταιον. Καὶ διεῖλον μὲν εἰς δύο καὶ δέκα διαλέξεις τὴν πραγματείαν, τὸν ἀνειμένον δὲ χαρακτῆρα τοῖς λόγοις ἐντέθεικα· τῇ διδασκαλίᾳ γὰρ εἶναι τοῦτον ὑπείληφα πρόσφορον, ἄλλως τε καὶ ταῖς Πλάτωνος καὶ τῶν ἄλλων φιλοσόφων χρώμενον μαρτυρίαις ἔδει καὶ τοὺς ἰδίους λόγους μὴ παντάπασιν ἀπᾴδοντας συναρμόσαι, ἀλλ' ἔχοντάς τινα πρὸς ἐκείνας ἐμφέρειαν.

9. ἔχοντας] ἔχοντες B. 10. λίαν ἀνόητον] λίαν om. B. 19. διεῖλον μὲν] διείλομεν B. 20. δύο καὶ δέκα διαλέξεις] δυοκαίδεκα λέξεις C. 22. ἐντέθεικα] ἐπιτέθεικα Vb. 24. χρώμενος Vb. 25. τοὺς ἰδίους λόγους] ἰδίους om. B.Va. τοὺς οἰκείους λ. Vb. 26. τινα] τι B. ἐκείνους Va. ἐκείναις Vb.

inscitiæ accusarint, barbaros propterea nuncupantes, quod omni careant eloquutionis ornatu; quin et pro ridiculo habere se dixerint, quod honore ullo martyres prosequamur. Insignis enim stultitiæ genus esse, si qui viventes homines, ab iis qui jam vita defuncti sint, ullum sibi commodum comparare contendant. Aggesserunt vero et alia quædam hujus generis maledictis valde affinia; quæ sane ipsa suis locis liber hic quem cudimus, edocebit. Ego vero et explicui quidem illis, quæ tunc afferri oportuit, maledictis objectionibusque solvendis: et nefarium scelus remque impiam esse duxi, si connivens dissimulansque perpetiar simplicioris notæ homines ab illorum falli versutiis; neque litterarum monumentis aliquid tradam quod illarum acusationum vanitatem stultitiamque redarguat. Itaque rem aggressus, omnem quidem tractatum distribui in sermones duodecim: remissiorem vero stilum illis adhibui, quod eum valde illi convenire arbitratus sum, qui docentis officium partesque suscipiat. Sed et cum Platonis aliorumque philosophorum oportuerit adduci locos, componenda fuit oratio, quæ haud ita prorsus absona discorsque esset, sed quæ cum iis auctoribus qui testes citantur aliquam videretur habere similitudinem.

4 Καὶ ἡ μὲν ΠΡΩΤΗ διάλεξις τὴν ὑπὲρ τῆς πίστεως καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἀπαιδευσίας ἀπολογίαν ποιεῖται, ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν φιλοσόφων τὰς ἀποδείξεις προσφέρουσα.

5 Ἡ δὲ ΔΕΥΤΕΡΑ τῶν παρ᾽ Ἕλλησιν ὀνομαστοτάτων [σοφῶν,] καὶ τῶν μετ᾽ ἐκείνους φιλοσόφων ἐπικληθέντων, τὰς περὶ τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς ἀπαριθμεῖται δόξας· καὶ Μωϋσοῦ τοῦ πάντων ἐκείνων πρεσβυτάτου τὴν ἀληθῆ θεολογίαν ἐκ παραλλήλου τιθεῖσα, τὴν μὲν ἐκείνων διελέγχει ψευδολογίαν, τῆς δὲ τούτου διδασκαλίας ἀστράπτουσαν δείκνυσι τὴν ἀλήθειαν.

6 Ἡ δὲ ΤΡΙΤΗ διδάσκει τίνα μὲν περὶ τῶν δευτέρων παρ᾽ Ἕλλησι καλουμένων θεῶν παρ᾽ ἐκείνοις μεμυθολόγηται, τίνα δὲ περὶ τῶν ἀσωμάτων κτιστῶν δὲ φύσεων ἡμᾶς ἡ θεία διδάσκει γραφή· ὥστε πάλιν τῇ παρεξετάσει καὶ τῶν παρ᾽ ἡμῖν θρησκευομένων δειχθῆναι τὸ ἀξιέπαινον, καὶ τῶν μυσαρῶν ἐκείνων μύθων τὸ δυσειδὲς καὶ δυσῶδες διελεγχθῆναι.

27. καὶ ἡ μὲν πρ.] ἡ δὲ πρώτη B.C.Va. Sed C. in marg. καὶ ἡ μὲν cum Vb. 31. προσφέρουσα] προφέρουσα Vb. 32. ὀνομαστοτάτων σοφῶν] σοφῶν om. B.C. 34. Μωυσοῦ] Μωυσέως C. 35. ἀληθινὴν] ἀληθῆ B.C.

2, 2. ἀστράπτουσαν] ἀπαστράπτουσαν Sirm. 3. διδάσκει] διδασκαλία C. 7. ἡμῶν] ἡμῖν B.

PRIMA itaque disputatio Christianorum fidem Apostolorumque, ut illorum verbis utar, ruditatem defendit, argumentis subnixa quæ de Græcis philosophis depromantur.

SECUNDA vero, clarissimorum Græcorum, nec non et eorum qui post eos philosophi appellati sunt, de principiis rerum opiniones sententiasque percenset, ac subinde Moseos ipsius, qui multo eos ante præcessit, veram theologiam ex adverso constituens, illorum quidem mendacia falsitatemque refellit, Mosaicæ vero doctrinæ clarissimam veritatem ostendit.

TERTIA porro disputatio nobis indicat cujusmodi ea sint quæ Græci de suis illis fabulantur diis quos secundarios vocant; qualia item quæ de incorporeis quidem, sed creatis tamen, naturis, sacrarum litterarum monumenta nos docent; ut hic quoque proposita comparatione appareat, quantopere laudanda sint quæ nos pio cultu veneramur numina et prosequimur, quamque sint abominabiles Græcorum fabulæ, quam obscænæ, quam putidæ.

7 Ἡ δὲ ΤΕΤΑΡΤΗ περὶ τῆς ὕλης καὶ τοῦ κόσμου τὴν ὑπόθεσιν ἔχει· καὶ δείκνυσι τὴν ἡμετέραν κοσμογένειαν πολλῷ τῆς Πλάτωνος καὶ τῶν ἄλλων πρεπωδεστέραν.

8 Περὶ δὲ τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσεως ἡ ΠΕΜΠΤΗ δέδεκται τὸν ἀγῶνα, καὶ τὰς Ἑλληνικὰς δόξας καὶ τὰς Χριστιανικὰς ἐπιδεικνῦσα, καὶ ὅσον φωτὸς καὶ σκότους διδάσκουσα τὸ διάφορον.

34. *ἁρματιαίῳ*] *ἁρματίῳ* Vb. 35. *ἑπτακαιεικοσαπλασίω*] *ἑπτὰ καὶ εἰκοσιπλασίων* Va. *ἑπταεικοσιπλασίωνα* Vb. 36. *τῆς γῆς—πελοποννήσου* B. *τῆς γῆς* Va. 38. *δὲ*] *δέ γε* B. 39. [*αὐτὴν*] om. B. *γὰρ αὐτὴν* om. Va. 43. *ἐν ἑαυτῷ δὲ*] *ἔχον ἐν ἑαυτῷ* B. qui infra om. *ἔχον* post *φάραγγας*. 45. *Ἡρακλείδης*] *Ἡράκλειτος* C.

eosdem philosophos est contentio. Alii siquidem globulentum esse aiunt: alii vero pelvis modo incavum putant: alii, rotis curruum esse persimilem. Anaximander quidem vicies septies terra majorem autumat: Empedocles vero, æqualem terræ: Anaxagoras, majorem Peloponeso: Heracletus vero illum esse ait pedali magnitudine. Ac de luna item ipsa pari modo deblatterant. Nam Thales quidem putat eam terrestrem esse: Anaximenes, Parmenides, Heracletus, e solo igne conflatam autumant: Anaxagoras autem et Democritus, ignitam soliditatem, quæ insitas sibi planities, montes, vallesque contineat. Pythagoras esse illam inquit saxeum corpus: Heraclides, terram nebula circumseptam. Ipsorumque alii terra majorem esse ostendunt, alii æqualem, minorem alii. Sunt qui dicant ejus diametrum palmo absolvi. Quid vero attinet ea nunc percensere, quæ illi de figuris, deque defectibus et intervallis, uberrime fabulantur? Neque enim solum quid inter se distent singuli planetarum affirmant, sed quanto etiam

κοσίας ἀριθμοῦσι, καὶ μέντοι καὶ πλείους σταδίων μυρι-
άδας· τὰς μὲν, ἀπὸ γῆς μέχρι σελήνης· τὰς δὲ, ἐκεῖθεν
μέχρις ἡλίου. Καὶ οὐκ αἰσχύνονται τῆς μὲν θαλάττης
ἀγνοοῦντες τὸ βάθος, ἔνθα καὶ ὁρμιὰν καθεῖναι δύνανται
καὶ ἱμονίαν, τὸ δὲ τοῦ ἀέρος καὶ τοῦ αἰθέρος μέτρον
σαφῶς εἰδέναι φιλοτιμούμενοι, καὶ οὐδὲ τὸ ἀκερδὲς τοῦ
πράγματος ἐνθυμούμενοι, οὐδὲ τῆς Αἰσχύλου παραινέ-
σεως ἐπαίοντες,

Τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα μὴ ζήτει μάτην.

25 Τούτων δὲ ἕκαστον εἰ καὶ εὑρετὸν ἦν, ἀνόητον παντά-
πασιν ἦν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἀνέφικτος ἀνθρώποις ἡ εὕρε-
σις, ἀτεχνῶς ἐοίκασι τοῖς καθ' ὕδατος γράφουσιν, ἢ
κοσκίνῳ ὕδωρ ἀντλοῦσι. Καὶ οὗτοι γὰρ δὴ, κἀκεῖνοι,
καὶ μάταιον ἀναδέχονται πόνον, καὶ εἰς οὐδὲν δέον τὴν
26 σχολὴν ἀναλίσκουσι. Τοῦτο δὴ ξυνορῶν ὁ Σωκράτης,
μετεωρολόγοις καὶ φυσιολόγοις ἐρρῶσθαι φράσας, τὴν
ἠθικὴν διδασκαλίαν ἠσπάσατο. Καὶ τοῦτο δεδήλωκεν

60. 5. ὁρμίαν] ὁρμιὰν B. Mox ad ἱμονίαν in marg. σχοινίον. Tum δυνατὸν C.Vb. 10. μηδὲν] μὴ δὲν B. et mox τούτω. 11. εὑρετὸν] ἐρητὸν B. 14. γράφουσιν] ταφρεύουσιν B. suprasc. γρ. γράφουσιν. 15. καὶ om. B.C. 16. τοῦτο] τὸ B.

intervallo ab ipsa terra subducti sint. Stadiorum enim quadringenties dena millia, vel plura etiam, numerant; quorum alia quidem a terrarum orbe ad lunam usque intersint, alia vero inde ad solem digerantur. Neque eos pudet passim gloriari, aëris ætherisque mensuram manifeste se scire, qui maris tamen profunditatem ignorent, quam conto funibusque summissis facile explorare possint. Æschylum itaque admonentem nequaquam videntur audisse: *Ne quære frustra quæ tibi nil conferunt.* Ea porro quæ supra attulimus, tametsi fuerint inventu facilia, tamen inutilia futura erant. Quando igitur homines illorum inventionem consequi non possunt, qui ea investigare contendunt, perquam similes eis videntur esse, qui student in subjecta aqua depingere, vel qui aquam cribro attollunt. Juxta enim hi atque illi inanem operam futilemque insumunt, nullam prorsus ad rem otium consumentes. Quod cum Socrates animadvertisset, posthabitis eis philosophis qui de pensilibus altissimisque corporibus deque rerum natura proloquuntur, solam ipse morum doctrinam complexus est. Quod et Xenophon

ὁ Ξενοφῶν ἐν τοῖς Ἀπομνημονεύμασι, λέγων ὡδί· Ὅλως δὲ καὶ τῶν οὐρανίων ἕκαστα, ἃ ὁ Θεὸς μηχανᾶται, φροντιστὴν εἶναι τούτων ἀπέτρεπεν. Οὔτε γὰρ εὑρετὰ [αὐτὰ] ἀνθρώποις ἐνόμιζεν εἶναι, οὔτε χαρίζεσθαι θεοῖς ἡγεῖτο τὸν ζητοῦντα [ταῦτα] ἃ ἐκεῖνοι σαφηνίσαι οὐκ ἠβουλήθησαν· κινδυνεῦσαι δ᾽ ἂν καὶ παραφρονῆσαι τὸν ταῦτα μεριμνῶντα, οὐδὲν ἧττον ἢ Ἀναξαγόρας παρεφρόνησεν, ὁ μέγιστον φρονήσας ἐπὶ τῷ τὰς τῶν θεῶν μηχανὰς ἐξηγεῖ-
27 σθαι. Καὶ ταῦτα δὲ αὖ πάλιν ὁ αὐτὸς τοῦ αὐτοῦ πέρι γέγραφεν· Οὐδεὶς δὲ πώποτε Σωκράτους οὐδὲν ἀσεβὲς οὔτε ἀνόσιον οὔτε πράττοντος εἶδεν, οὔτε λέγοντος ἤκουσεν. Οὐδὲ γὰρ περὶ τῆς τῶν ἁπάντων φύσεως, ἢ περὶ τῶν ἄλλων, ὡς οἱ πλεῖστοι, διελέγετο, σκοπῶν ὅπως ὁ καλούμενος ὑπὸ τῶν σοφιστῶν κόσμος ἔχει, καὶ τίσιν ἀνάγκαις ἕκαστα γίνεται τῶν οὐρανίων· ἀλλὰ καὶ τοὺς φροντίζοντας τὰ τοι-
28 αῦτα μωραίνοντας ἀπεδείκνυε. Καὶ πρῶτον μὲν αὐτῶν ἐσκόπει, πότερόν ποτε νομίσαντες ἱκανῶς ἤδη τὰ ἀνθρώπινα

20. ὧδε] ὡδὶ B. 23. ἀνθρώποις] ἀνθρώποις B. suprascripto ἑαυτά. 24. ἡγεῖτο] ἡγεῖσθαι B.Va. 27. ἢ om. B. 28. ἐξηγεῖσθαι μηχανάς] μηχανὰς ἐξηγεῖσθαι B. ἐξηγήσασθαι μ. C. 31. οὔτε ἀν.] οὐδὲ ἀν. B.Va. 32. οὐδὲ γὰρ] οὔτε γὰρ B.Va. 33. ἢ περὶ τῶν ἄλλων ὡς] ἧπερ τῶν ἄλλων Sirm. 35. σοφιστῶν] σοφῶν Va.

suis in Commentariis ita testatur [IV. 7, 6.]: *Prorsus autem dehortabatur, cælestium rerum quas Deus ipse molitur quemquam esse solicitum. Neque enim putabat eas posse ab hominibus inveniri: neque gratam diis rem facturum existimabat qui ea rimaretur quæ ipsi cuiquam prodere noluerunt. Periculum vero insaniæ impendere illi opinabatur, qui ejusmodi res curaret atque inquireret: neque minus quam Anaxagoram insaniturum; qui explicandis deorum conciliis et incæptis plurimum sibi gloriæ vindicabat.* Rursusque idem Xenophon de Socrate hæc quoque commemorat [I. 1, 11.]: *Nullus vero umquam impii scelestive quicquam vel facientem vidit Socraten, vel loquentem audivit. Sed neque is, quod plerique homines faciunt, de natura procul a nobis recedentium rerum, aut ceterarum ejusmodi, disserebat, neque contemplabatur quam bene se habeat hic quem sapientes viri mundum appellant, quibusque necessitatibus singulæ cælestium rerum fiant. Verum eos, qui talia curarent, insanire ostendebat. Ac primum omnium expendendum putabat, utrum cum hujusmodi homines satis recte humanas se res scire arbi-*

εἰδέναι, ἔρχονται ἐπὶ τὸ περὶ τῶν τοιούτων φροντίζειν· ἢ τὰ μὲν ἀνθρώπινα παρέντες, τὰ δαιμόνια δὲ σκοποῦντες, ἡγοῦνται τὰ προσήκοντα πράττειν. Ἐθαύμαζε δὲ, εἰ μὴ φανερὸν αὐτοῖς ἐστιν, ὅτι ταῦτα οὐ δυνατόν ἐστιν ἀνθρώποις εὑρεῖν· ἐπεὶ καὶ τοὺς τὰ μέγιστα φρονοῦντας ἐπὶ τῷ περὶ τούτων λέγειν οὐ ταὐτὰ δοξάζειν ἀλλήλοις, ἀλλὰ τοῖς μαινομένοις
19 ὁμοίως διακεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους· τῶν τε γὰρ μαινομένων τοὺς μὲν οὐδὲ τὰ δεινὰ δεδιέναι, τοὺς δὲ καὶ τὰ μὴ φοβερὰ φοβεῖσθαι· καὶ τοῖς μὲν οὐδ᾽ ἐν ὄχλῳ δοκεῖν αἰσχρὸν [εἶναι] λέγειν ἢ ποιεῖν ὁτιοῦν, τοῖς δ᾽ οὐδ᾽ ἐξιτητέον εἰς ἀνθρώπους εἶναι δοκεῖν· καὶ τοὺς μὲν οὔθ᾽ ἱερὸν οὔτε βωμὸν οὔτ᾽ 61
ἄλλο τῶν θείων οὐδὲν τιμᾶν, τοὺς δὲ καὶ λίθους καὶ ξύλα τυγχάνοντα καὶ θηρία σέβεσθαι. Τῶν δὲ περὶ τῆς τῶν πάντων φύσεως μεριμνώντων τοῖς μὲν δοκεῖν ἓν μόνον τὸ ὂν εἶναι, τοῖς δὲ, ἄπειρα τὸ πλῆθος· καὶ τοῖς μὲν, ἀεὶ τὰ πάντα κινεῖσθαι, τοῖς δὲ, οὐδὲν ἂν [ποτε] κινηθῆναι· καὶ

41. τὸ—τῶν τοιούτων] τῷ—τούτων B. τῷ—τοιούτων Va. 43. φανερὸν] φανερῶς Va. 49. δὲ μηδὲ τὰ] δὲ καὶ τὰ μὴ B. δὲ τὰ μὴ Sirm. 50. οὐδ᾽] οὐδὲν B. 51. ἢ ante λέγειν om. B.C. 52. ἀνθρώπους] τοὺς ἀν. B. 61, 1. οὐδὲ ἄλλο] οὔτ᾽ ἄλλο B. 3. τῶν δὲ] τῶν τε B. 4. τῆς τῶν πάντων] τῶν πάντων τῆς B.

trentur, tunc denique ad earum, quas dixi, rerum curam atque inspectionem accedant; an dimissis humanis rebus, divinas contuendo, opinentur congruentia sibi facere. Mirabatur autem, quod nondum plane homines persentirent ejusmodi res ab hominibus inveniri non posse. Quandoquidem videre esset eos qui plurimum sibi sapere de iis rebus loquentes viderentur, eadem invicem minus sentire, neque secus atque amentes solent, mutuis inter se dissidiis ac varietatibus male affectos esse. Nam et vecordium alios quidem videre est nequaquam expavescere ad ea quæ jure timenda sunt; alios autem quæ timenda non sunt vehementer horrere: aliis autem ipsorum minus turpe existimari, si vel in medio cœtu hominum, susque deque res omnis et faciant et loquantur: aliis autem videri, ne prodeundum quidem in conspectum hominum esse: rursusque alios, neque templa, neque aras, neque aliud venerari quod sacrum sit: alios vero, passim lapides omnis, ac ligna omnia, ferasque ac brutas colere animantes. Pari quoque modo eorum hominum, qui naturam rerum solicite indagant, alios quidem opinari videmus unum tantummodo esse ens, alios vero esse infinitam entium multitudinem. Viderique rursus eorum aliis omnia semper moveri, aliis immota semper fuisse:

τοῖς μὲν, ἅπαντα γίγνεσθαί τε καὶ ἀπόλλυσθαι, τοῖς δὲ,
30 οὔτ᾽ ἂν γενέσθαι ποτὲ οὐδὲν, οὔτ᾽ ἀπολέσθαι. Καὶ ἄλλα δὲ
πολλὰ τοιαῦτα διέξεισι, τὴν πολλὴν ἐκείνων ἀδολεσχίαν
ἐλέγχων. Ταῦτα τοὺς μετεωρολέσχας οὐδεὶς τῶν ἡμε-
τέρων ἐγράψατο, ἀλλὰ Ξενοφῶν καὶ Σωκράτης, τῶν
Ἑλλήνων οἱ ἄριστοι. Καὶ ῥᾷστον τῷ βουλομένῳ τοῖς
Ξενοφῶντος Ἀπομνημονεύμασιν ἐντυχεῖν, καὶ γνῶναι
σαφῶς ὡς ταῦτά γε ἐκεῖνος περὶ τῶν πολυθρυλήτων
φιλοσόφων γέγραφεν.

31 Εἰ δέ τις οἴεται κἀμὲ συκοφαντῆσαι τοὺς ἄνδρας τὴν
παμπόλλην αὐτῶν διαφωνίαν ἐξελέγχοντα, ἀναγνώτω
μὲν Ἀετίου τὴν Περὶ ἀρεσκόντων ξυναγωγὴν, ἀναγνώτω
δὲ Πλουτάρχου τὴν Περὶ τῶν τοῖς φιλοσόφοις δοξάντων
ἐπιτομήν· καὶ Πορφυρίου δὲ ἡ Φιλόσοφος Ἱστορία
32 πολλὰ τοιαῦτα διδάσκει. Ἀπόχρη δὲ καὶ τὰ Ξενοφῶν-
τος ὧν ἀρτίως ἐμνήσθημεν μαρτυρῆσαι τοῖς παρ᾽ ἡμῶν
εἰρημένοις ἀλήθειαν. Μάλα γὰρ ἐκεῖνος καὶ τὴν πολλὴν
αὐτῶν ἄγνοιαν, καὶ ἣν πρὸς ἀλλήλους ἐσχήκασιν ἐκω-

7. ἅπαντα] ἅπαν τὸ B. 9. οὐδὲν om. B. 11. ἐλέγχων] ad h. v. B. in marg. ἐμφαίνων et sic Va. ib. οὐθεὶς] οὐδεὶς B. 19. ἐλέγξαντα] ἐξελέγχοντα B. 25. λεγομένοις] εἰρημένοις B.Va. 26. μάλα] κατὰ τὸ μᾶλλον C.Vb.

videri aliis fieri omnia et perire, aliis nec genitum quicquam umquam, nec periturum. Alia vero permulta in hanc sententiam Xenophon adducit, quibus magnas eorum philosophorum nugas ostendit. His autem criminibus nullus sane nostrorum hominum vestros illos altiloquos, sed Xenophon, sed Socrates ipse, condemnat : qui duo Græcorum multo optimi esse censentur. Pronum est autem volentibus cunctis in Commentaria Xenophontis incidere, ac manifeste perdiscere illum quæ supra attulimus de celeberrimis scripsisse philosophis.

Si quis tamen opinatur et me calumniam viris illis afferre, dum illorum dissidia contentionesque coarguo, legat Aëtii de philosophorum placitis Collectanea; legat et Plutarchi de rebus eisdem Compendium. Ipsa quoque philosophorum Historia, quam Porphyrius scripsit, hujus generis multa nos docet. Satis autem poterant ea Xenophontis verba, quæ superius modo attuli, rebus a me dictis fidem conciliare. Is enim abunde persequutus est tum magnam il-

μφδησε διαμάχην. Ἐγὼ δὲ τοὺς μὲν ἄλλους ἅπαντας παραλείψω· Πλάτωνος δὲ τὰ μὲν ἐπαινέσομαι, τὰ δὲ, ὡς οὐκ εὖ ἔχοντα, διελέγξω· ἐκεῖνα μὲν γὰρ αὐτοῦ λίαν
33 ἐστὶν ἀξιέπαινα, ἅπερ ἐν τῷ Τιμαίῳ γέγραφε· Λέγωμεν δὴ δι' ἥντινα αἰτίαν γένεσιν καὶ τὸ πᾶν τόδε ὁ ξυνιστὰς ξυνεστήσατο. Εἶτα ἐπήγαγε τὴν ἀρίστην ἐκείνην καὶ θαύματος ἀξίαν ἀπόκρισιν· Ἀγαθὸς ἦν· ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς ἐγγίγνεται φθόνος. Τούτου δὲ ἐκτὸς ὢν, πάντα ὅτι μάλιστα ἐβουλήθη γενέσθαι παραπλήσια ἑαυτῷ. Παραπλήσια δὲ οὐ κατὰ τὴν φύσιν εἰρήκεν, ἀλλὰ κατ' αὐτό γε μόνον τὸ εἶναι. Ὥσπερ γὰρ αὐτός ἐστιν, οὕτως ἠβουλήθη [καὶ] τὰ μὴ ὄντα γενέσθαι τε καὶ εἶναι· ἀλλ' αὐτὸς μέν ἐστι παρ' οὐδενὸς τὸ εἶναι λαβὼν, τοῖς δὲ
34 γενητοῖς αὐτὸς τὸ εἶναι δεδώρηται. Ξυγγενῆ δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ τάδε· Οὐ γὰρ χρείας ἕνεκεν ὁ Θεὸς πεποίηκε τὸν κόσμον, ἵνα τιμάς τε πρὸς ἀνθρώπων καὶ πρὸς θεῶν ἄλλων καὶ δαιμόνων καρποῖτο, οἷον πρόσοδόν τινα ἀπὸ τῆς

29. παραμείψω] παραλείψω B. 34. ξυνιστὰς] ξυνέστὰς C. Tum ξυνέστησαν Vb. 37. πάντα] πᾶν B. 38. ἐβουλήθη] ἠβουλήθη C. 40. εἰρήκαμεν] εἴρηκεν B.C. 41. ἐβουλήθη] ἠβουλήθη Sirm. 43. γεννητοῖς] γενητοῖς B. 47. πρὸς om. B. ib. ἄλλων καὶ] ἀλλὰ καὶ B.

lorum inscitiam, tum vero et eam quam mutuo semper exercuerunt contentionem. Ego autem, ceteros quidem omnis missos faciam, Platonem vero ipsum in nonnullis quidem laudabo, in nonnullis autem manifeste coarguam. Illa enim quæ is in Timæo conscripsit sunt laudatu dignissima. Sic autem inquit [p. 29. Euseb. P. E. p. 542.] : *Dicamus itaque quam ob causam generationem rerum confecit, et hoc omne quod cernimus opifex ipse constituit.* Tum optimam illam et admirandam attulit responsionem : *Bonus erat. Bonum vero nulla rei cujusquam subit invidia. Cum itaque extra invidiam esset, voluit omnia esse sibi ipsi quam maxime assimilia.* Diximus autem similia, non secundum naturam, sed eo dumtaxat quod et ipsa sunt. Sicut enim ipse est, ita voluit ut quæ olim non erant fierent atque essent. Verum ipse sic est, ut ab nullo Esse acceperit, omnibus autem quæ sunt, Esse ipsum tribuerit. Hæc quoque quæ insequuntur superius allatis valde affinia sunt [Vid. Clement. Alexand. T. II. p. 691. ed. Pott. inf. p. 109.] : *Nullius enim propriæ utilitatis causa Deus mundum hunc fecit, ut videlicet honores ab hominibus, a diis dæmonibusque acciperet; ceu qui pro-*

γενέσεως ἀρνύμενος· παρὰ μὲν ἡμῶν, καπνούς· παρὰ δὲ
35 θεῶν καὶ δαιμόνων, τὰς οἰκείας λειτουργίας. Κἀνταῦθα
δὲ πάλιν ἀνενδεῆ τὸν Θεὸν ἔφησεν εἶναι, καὶ δι' ἀγαθότητά γε μόνην τὰ πάντα πεποιηκέναι· θεοὺς δὲ καὶ δαίμονας κέκληκεν, οὓς ἡμεῖς ἀγγέλους προσαγορεύομεν· καὶ τούτους γε λειτουργοὺς ἔφησεν εἶναι τοῦ τῶν ὅλων 62
36 Θεοῦ. Ἀξιέπαινα δὲ κἂν τῇ Πολιτείᾳ ξυγγέγραφε· Τοῖς γενομένοις γάρ, φησὶ, μὴ μόνον τὸ γίνεσθαι φάναι ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ παρεῖναι, ἀλλὰ καὶ τὸ εἶναί τε καὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῖς ὑπ' ἐκείνου προσεῖναι· οὐκ οὐσίας ὄντος τἀγαθοῦ, ἀλλ' ἐπέκεινα οὐσίας, πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει ὑπερέχοντος. Οὐ γάρ τοι μόνον, φησὶ, κοινὸν τὸ εἶδος αὐτοῖς, καθάπερ δὴ χαλκοτύπος καὶ χρυσοχόος, ἐντέθεικεν, ἀλλὰ καὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῖς ἐδημιούργησέν τε καὶ δέδωκεν· οὐ τὴν αὐτὴν ἔχων αὐτοῖς τοῖς γεγονόσι φύσιν, ὑπὲρ οὐσίαν γάρ ἐστι, καὶ οὐσίας ἐπέκεινα· οὐκ ἀϊδιότητί γε μόνῃ,

50. πάλιν] δὲ πάλιν B. 53. τούτους γε] τούτους δὲ B.
62, 3. γίνεσθαι] γενέσθαι B. 7. μόνον φησὶ] φησὶ μόνον B.
8. κοινὸν] κοινωνὸν C. 11. αὐτοῖς] αὐτὸς C.Vb. 13. μόνῃ] μόνον C.
ποιητῶν Vb. pro ποιημάτων.

ventum aliquem ob oblatam illis generationem sibi asclsceret; ut a nobis puta fumidum sacrificii vaporem, a diis vero ac dæmonibus propria ipsorum ministeria. Hoc itaque etiam loco Deum rei nullius indigum esse testatur, solaque bonitate adductum hæc omnia effecisse. *Deos* vero ac *dæmonas* hoc loco eos appellavit, quos ipsi *angelos* nuncupamus, eosdemque Dei ministros esse asseruit. Digna quoque laudatu in Republica Plato conscripsit. Inquit enim [p. 509 B.]: *Creatis ac genitis rebus non hoc solum a bono esse quod genitæ ac creatæ sunt; sed ipsum quoque Esse, ipsamque substantiam illis ab eo tributam; cum ipsum bonum nequaquam sit substantia, sed ultra substantiam dignitate ac potentia longe abeat.* Neque enim Deus creatis rebus communem solummodo formam indidit, sicut ærarius quidam faber, aurique conflator, sed ipsam quoque illis substantiam condidit et contribuit; non eadem ipse qua et creatæ res natura præditus. Supra enim extraque naturam Deus est; non sola æternitate, verum et potentia, factis a se rebus longe superior. His itaque verbis manifeste Plato ostendit Deum ex subjecta propositaque materia mundum resque omnis quæ ab eo factæ sunt, minime procreasse; sed ea quæ prius non erant, sicut

37 ἀλλὰ καὶ δυνάμει τῶν ποιημάτων ὑπέρτερος ὤν. Σαφῶς
δέ γε διὰ τούτων δεδήλωκεν ὡς οὐκ ἐξ ὑποκειμένης ὕλης
τὰ πάντα πεποίηκεν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ μὴ ὄντα παρήγαγεν
ὡς ἠθέλησεν. Ἀγαστὰ δὲ αὐτοῦ κἀκεῖνα καὶ θαύματος
ἄξια· Πότερον ἦν ἀεὶ γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέ-
γονεν ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος; Εἶτα ἀποκρίνεται καὶ
φησί· Γέγονε. Καὶ παρέχεται τὴν ἀπόδειξιν· Ὁρατὸς
γάρ, φησίν, ὢν καὶ ἁπτός ἐστιν· ἁπτὸς δὲ ὤν, καὶ σῶμα
ἔχει· πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα, αἰσθητά· τὰ δὲ αἰσθητά, δόξῃ
περιληπτὰ καὶ γεννητὰ ἐφάνη. Τῷ δ' αὖ γενομένῳ φαμὲν
38 ὑπ' αἰτίου τινὸς ἀναγκαῖον εἶναι γενέσθαι. Ταῦτα περὶ
τῶν γεννητῶν εἰρηκὼς, ἅπερ δεῖ φρονεῖν περὶ τοῦ πε-
ποιηκότος σοφώτατα ἐξεπαίδευσεν. Ἔφη γάρ· Τὸν μὲν
οὖν ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον,
καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἐξειπεῖν ἀδύνατον· ῥητὸν γὰρ οὐδα-
39 μῶς ἐστιν ὡς τὰ ἄλλα μαθήματα. Δείκνυσι δὲ ἡμῖν καὶ
τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον τὰ πάντα δημιουργοῦντα. Ἐκ γὰρ
τῆς Ἑβραίων καὶ ταῦτα ἐδιδάχθη γραφῆς, καὶ βοᾷ λέ-

23. δόξῃ περιληπτὰ καὶ γεννητὰ] δόξης περιληπτικὰ καὶ γεννητικὰ B. δόξης item Va. 27. δεῖ] δὴ B. ib. σοφώτατα] σαφέστατα Vb. 31. τὰ ἄλλα] τὰ om. B.

ei libitum, protulisse. Sunt ejusdem Platonis hæc quoque admiratione dignissima [Tim. p. 28 B.]: *Utrum semper mundus hic fuit, ut nullum habuerit generationis principium? An potius ita est genitus, ut ab aliquo initio cœperit?* Tum ita respondet: *Genitus sane est.* Cui comprobandæ sententiæ rationem adducit: *Videri enim potest,* inquit, *ac manibus contrectari. Cum itaque tactui sit obnoxius, utique habet et corpus. Cuncta autem hujusmodi sensibilia sunt. Quæ vero sensu percipiuntur comprehendi quoque possunt opinione; ac genita esse constat. Genitas autem factasque res oportere censemus a causa aliqua prodiisse.* Hæc igitur Plato de creatis rebus proloquutus, sapientissime nos edocuit quid de illarum rerum auctore sentiendum sit. Inquit enim [p. 28 C.]: *Universi autem mundi hujus auctorem atque opificem et invenire arduum opus est; et, cum inveneris, palam omnibus eum prodere, vires nostras excedit. Neque enim hoc ita effabile est homini, sicuti ceteræ disciplinæ.* Ostendit igitur Plato Dei Verbum omnia effecisse. Ex Hebræorum siquidem monumentis et hæc ipsa perdoctus est. Atque idcirco vo-

γων· Ἐξ οὖν λόγου καὶ διανοίας Θεοῦ πρὸς χρόνου γένεσιν, ἵνα γενηθῇ χρόνος, ἥλιος καὶ σελήνη καὶ πέντε ἄλλα ἄστρα, ἐπίκλην ἔχοντα πλάνητες, εἰς διορισμὸν καὶ φυλακὴν ἀριθμῶν χρόνου γέγονε. Σώματα δὲ αὐτῶν ποιήσας ὁ Θεὸς
40 ἔθηκεν εἰς τὰς περιφοράς. Ἐν τούτοις δὲ ἡμᾶς ἐδίδαξεν, ὡς οὐ μόνον διὰ τοῦ λόγου τὴν κτίσιν πεποίηκεν ὁ Θεὸς, ἀλλ' ὅτι καὶ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη καὶ οἱ ἀστέρες σώματά [τε] εἰσὶ γεννητὰ, καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸ εἶναι εἰλήφασιν. Οὐδὲν δὲ τῶν τοιούτων, καὶ κατά γε τὸν τοῦ Πλάτωνος λόγον, Θεός· εἰς χρείαν γὰρ ἀνθρώπων γεγένηνται. Καὶ τοῦτό γε ἐν ταῖς Φοινίσσαις Εὐριπίδης δεδήλωκε, λέγων ὡδί·

Εἶθ' ἥλιος μὲν νύξ τε δουλεύει βροτοῖς·
σὺ δ' οὐκ ἀνέξει δωμάτων ἔχειν ἴσον;

41 Ἀλλ' ὁ μὲν Εὐριπίδης τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην δουλεύειν ἔφη βροτοῖς· ὑμεῖς δὲ δουλεύειν τοῖς ὑμετέροις γε δούλοις ἀνέχεσθέ τε, καὶ τὸ θεῖον αὐτοῖς ἀπονέμετε 63
σέβας. Ἐγὼ δὲ αὖθις ἐπὶ τὸν Πλάτωνα μεταβήσομαι.

35. ἐξ οὗ] ἐξ οὖν B. 38. χρόνου ἀριθμῶν] ἀριθμὸν χρόνου B. Supra πλανητὰ C. 43. [τε] om. B. 44. γεννητὰ] γενητὰ B. 45. καὶ κατά] κατὰ C. 46. γεγένηται] γεγένηνται B. 47. τοῦτό γε] τοῦτο δὲ C.Vb. 48. ὧδε] ὡδί B. 50. ἀνέξῃ] ἀνέξει B. 52. ὑμετέροις γε] ἡμετέροις om. γε C. ὑμετέροις τε B.

calissime sic exclamat [p. 38 C.] *Ex quo verbo ac Dei mente sol et luna et cetera quinque sidera, quæ planetæ nuncupantur, in discretionem numerorumque observationem, qui ad tempus pertinent, facta sunt. Cumque horum planetarum corpora Deus opifex effecisset, in cæli orbibus collocavit.* His quoque verbis Plato nos docet Deum non modo per Verbum mundi fabricam effecisse, verumetiam solem, lunam, ac stellas, genita esse corpora, totumque id quod sunt a Deo opifice accepisse. Deus itaque res illæ non sunt, quantum verba Platonis indicant; sed humanæ utilitatis causa factæ sunt. Id quod Euripides quoque in Phœnissis ostendit. Sic enim inquit: *Cum sol et atra nox hominibus serviant, Tu non feres ut æqua sit domus tibi?* Verumenimvero Euripides solem ac lunam servire ait hominibus; vos autem vestris famulari servis non ægre fertis, divinumque illis honorem cultumque exhibetis. Ego vero ad Platonem oratione mea transibo. Vehementer enim hominem

Ἐπαινῶ γὰρ αὐτὸν καὶ περὶ τῆς τοῦ παντὸς ξυντελείας
42 παραπλήσια ἡμῖν λέγοντα. Εἰπὼν γάρ, Εἰ μὲν δὴ καλός ἐστιν ὅδε ὁ κόσμος, ὅ τε δημιουργὸς ἀγαθός, δῆλον ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπε. Καὶ περί γε τοῦ οὐρανοῦ προστεθεικώς, Ὁ μὲν γάρ, κάλλιστος τῶν γεγονότων· ὁ δέ, ἄριστος τῶν αἰτίων. Καὶ πάλιν ἐπαγαγών, ξυνεστήσατο οὐρανὸν ὁρατὸν καὶ ἁπτόν, ἐπήγαγε μετ' ὀλίγα, Χρόνος οὖν μετ' οὐρανοῦ γέγονεν· ἵνα ἅμα γεννηθέντες ἅμα καὶ λυθῶσιν, ἄν ποτε λύσις τις αὐτῶν γένηται. Καὶ ἐν τῷ Πολιτικῷ δὲ
43 τοιαῦτα ἔφη· Τὸ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχειν ἀεί, καὶ ταὐτὸν εἶναι πάντως, τοῖς θειοτάτοις προσήκει μόνοις. Σώματος δὲ φύσις, οὐ τῆς τοιαύτης τάξεως. Καὶ δὴ ὃν οὐρανὸν καὶ κόσμον ἐπωνομάκαμεν, πολλῶν μὲν καὶ μακαρίων παρὰ τοῦ πεποιηκότος μετείληφεν· ἀτὰρ οὖν δὴ κεκοινώνηκέ γε καὶ σώματος· ὅθεν αὐτῷ μεταβολῆς ἀμοίρῳ
44 γενέσθαι διὰ παντὸς ἀδύνατον. Αὐτοῦ δὲ πάλιν καὶ ταῦτα· Τότε δὴ τοῦ παντὸς ὁ κυβερνήτης, οἷον πηδαλίων οἴακας

63, 4. μὲν δὴ] μὲν γὰρ δὴ B. 6. τὸ ἀΐδιον] τὸν ἀΐδιον B. 8. ἄριστος] ἄριστον Sirm. ib. ἐπαγαγὼν] ἐπειπὼν Vb. 12. καὶ ἐν] κἂν B. 16. τάξεως] ἕξεως C. et mox om. ὄν.

laudo, qui in iis quæ ad mundi finem consummationemque pertinent proxima nobis sic loquitur [p. 29 A.]: *Quod si bonus hic mundus est, bonusque mundi opifex; patet utique quod ad æternitatem respexit.* Cum idem Plato de cælo sic prodidisset; *Cælum quidem pulcherrimum est rerum omnium quæ factæ sunt, opifex vero Deus optima causarum omnium;* rursusque subjunxisset, *Constituit Deus cælum quod videri ac tangi possit:* paulo mox ita subintulit: *Tempus itaque cum cælo factum est; ut quæ simul facta sunt, simul etiam dissolvantur, siquando ulla ipsorum dissolutio futura sit.* Tum et in Politico ita scriptum reliquit [p. 269 D.]: *Eodem modo semper se habere, idemque esse, illis solis penitus congruit, quæ divinissima sunt. Corporis autem natura in hoc ordine reponenda non est. Cælum quidem ab ornatu Mundum appellavimus. Multarum enim beatissimarumque rerum ab opifice Deo particeps factum est. Verumtamen in corporis communionem venit: eamque ob rem carere prorsus mutatione non potest.* Ejusdem vero Platonis hæc quoque sunt [p. 272. in fin. E.]: *Tunc itaque mundi hujus universi gubernator, ceu temonibus gubernaculisque omissis, in suam ipsius circumspectionem abscessit: mundum*

ἀφέμενος, εἰς τὴν ἑαυτοῦ περιωπὴν ἀπέστη· τὸν δὲ κόσμον
πάλιν ἀνέστρεφεν [ποικίλως] εἱμαρμένη τε καὶ ξύμφυτος
ἐπιθυμία. Πάντες οὖν οἱ κατὰ τοὺς τόπους ξυνάρχοντες τῷ
μεγίστῳ δαίμονι θεοί, γνόντες ἤδη τὸ γιγνόμενον, ἀφίεσαν
[αὐτὰ] τὰ μέρη τοῦ κόσμου τῆς ἑαυτῶν ἐπιμελείας· ὁ δὲ
μεταστρεφόμενος καὶ ξυμβαλών, ἀρχῆς τε καὶ τελευτῆς
ἐναντίαν ὁρμὴν ὁρμηθείς, σεισμὸν πολὺν ἐν αὑτῷ ποιῶν, ἄλ-
45 λην αὐτῷ φθορὰν ζώων παντοίων ἀπειργάσατο. Ἐν [δὲ]
τούτοις ξυμφέρεται μὲν ἡμῖν, ἐν οἷς τὴν τοῦ παντὸς με-
ταβολὴν ἔφησε, καὶ ὅτι τοῦ Θεοῦ καταλιπόντος τοὺς
οἴακας, ἀφίστανται μὲν ὅσαι τῶν ἀοράτων δυνάμεων
οἰκονομεῖν τινα μέρη τῆς κτίσεως ἐκελεύσθησαν, ὑπομένει
δὲ τὴν ἀλλοίωσιν τὰ ὁρώμενα· τὰ δέ γε ἄλλα ἐκ τοῦ
τηνικαῦτά γε κατεσχηκότος πλάνου ὑπομεμένηκεν· ὅτι
τῆς ὕλης [ἡ] ξύμφυτος ἐπιθυμία τὸν κόσμον ἀνέστρεφε,
κατά γε τὴν ξυγκληρωθεῖσαν ἐξ ἀρχῆς εἱμαρμένην.
46 Ταῦτα γάρ ἐστιν ἅπερ ἐν τοῖς περὶ τῆς κτίσεως λόγοις

23. ἑαυτοῦ] αὐτοῦ B. 24. [ποικίλως] om. B. 29. ξυμβαλὼν] ξυμβάλλων Sirm. 34. ἔφησε] ἔφη Sirm. 35. ὅσοι] ὅσαι B. 38. τηνικάδε] τηνικαῦτά γε B. 39. πλάνου ὑπομεμένηκεν] ὑπομεμενήκασι πλάνου B. πλάνου ὑπ. C. πλάνου πλάνου ὑπ. Sirm. 43. κτίσεως suprasc. p. m. B.

vero rursus invertit, et fatum, et congenita cupiditas. Omnes igitur dii qui secundum locos distributi, cum maximo dæmone socium principatum gerunt, cum jam percepissent quod factum fuerat, suas quisque mundi partes curare dimiserunt: mundus autem retro conversus, principio et fine in unum commisso, actusque in contrariam partem, ac magno sui facto concussu, aliam sibi animantium omnium corruptionem effecit. Hoc autem loco nobis cum Platone optime convenit. Totius namque orbis mutationem ipse quoque testatur; Deoque rerum gubernacula dimittente, cessare quidem ait invisibiles potestates, quæcumque certis mundi partibus gubernandis divino jussu addictæ sunt; ac omnia quæ oculis intuemur subire ac perpeti mutationem. Reliqua autem, pro eo errore qui tunc mentes hominum occuparat, Plato percensuit; materiæ scilicet congenitam atque assitam cupiditatem mundum invertisse, prout ab initio fati quoque legibus sanctum fuerat. Talia enim sunt quibus philosophum jure damnamus, ubi de mundi fabrica locutus est. Ait enim hic quoque materiam coæternam Deo

τῷ φιλοσόφῳ μεμφόμεθα· ξυνυπάρχειν γὰρ τῷ Θεῷ τὴν ὕλην καὶ οὗτος ἔφησε, καθὰ καὶ Πυθαγόρας, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ οἱ τῆς Ποικίλης ἐπώνυμοι. Καὶ τὴν ὕλην δὲ ἔστιν ὅτε πονηρὰν ὀνομάζει. Ἀκούομεν γὰρ αὐτοῦ περὶ τοῦ κόσμου λέγοντος· Παρὰ μὲν τοῦ ξυνθέντος πάντα καλὰ κέκτηται· παρὰ δὲ τῆς ἔμπροσθεν ἕξεως, ὅσα χαλεπὰ καὶ ἄδικα ἐν οὐρανῷ γίνεται, ταῦτα [ἐξ] ἐκείνης αὐ- 47 τός τε ἔχει, καὶ τοῖς ζώοις ἐναπεργάζεται. Προστέθεικε δὲ καὶ ταῦτα· Τούτων δὲ αὐτῶν τὸ σωματοειδὲς αἴτιον, τὸ 64 τῆς πάλαι φύσεως ξύντροφον, ὅτι πολλῆς ἦν μετέχον ἀπαξίας, πρὶν εἰς τὸν νῦν κόσμον ἀφικέσθαι. Τούτοις νεμεσᾶν πάντα οἶμαι ἄνθρωπον, ὑγιᾶ γε τὸν νοῦν ἔχοντα. Διαβάλλει γὰρ ἄντικρυς τῆς ὕλης τὴν φύσιν· καὶ οὕτως αὐτῆς ἰσχυρὰν ἄγαν καὶ ἀήττητον λέγει τὴν κακίαν, ὡς μηδὲ τὸν ποιητὴν δυνηθῆναι ταύτην ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβαλεῖν. Διέμεινε γὰρ τῇ καχεξίᾳ χρωμένη· καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ δεξαμένη τὸ εἶδος, τὴν προτέραν οὐκ ἐξέβαλε

46. ποικίλης στοᾶς] στοᾶς om. B. 47. ὅποτε] ὅτε B. 49. ξυντιθέντος] ξυνθέντος B.C. 52. ἐναπεργάζεται] ἐνεργάζεται B.

64, 3. μετέχον] μετέχων C. 4. οἶμαι om. C. qui mox ὑγιέα. νεμεσᾶν χρὴ πάντα οἶμαι Vb. 7. ἀπήττητον] κἀήττητον B. ib. κακίαν] κάκην B.

esse. Id quod et Pythagoras, et Aristoteles, et qui a varia porticu Stoici nuncupantur, dixerunt. Materiam vero nonnumquam et malignam appellat. Audire est enim ita de mundo eum loquentem [p. 273 C.]: *Ab opifice quidem Deo mundus cuncta possidet bona: a priore autem habitu habet quæcumque gravia et iniqua in cælo fiunt. Hæc vero incommoda ex eo habitu habet mundus, et animantibus ipse transfundit.* Addidit autem Plato hæc quoque [p. 273 B.]: *Horum autem causa est species corporea, quæ cum antiqua natura simul innutrita est. Multum enim habebat ruditatis atque ineptiæ, priusquam in eum, quem nunc cernimus, ornatum mundumque prodiret.* Ad hæc autem Platonis verba indignaturum puto quicumque homo sana mente sit præditus. Manifeste enim accusat materiæ naturam, cujus adeo validum atque invictum esse vitium inquit, ut ne opifex quidem Deus illud in melius commutare potuerit. Perstitit enim malo suo perusa habitu; ac, licet ab optimo Deo formam acceperit, pristinum tamen illud vitium minime abjecit. Eamque ob rem non in terra solum, sed etiam in cælo

πονηρίαν. Οὗ δὴ χάριν, οὐ μόνον ἐν γῇ, ἀλλὰ καὶ ἐν
οὐρανῷ τὰ χαλεπὰ καὶ ἄδικα δρᾷ, καὶ τοῖς ζώοις ἐναπ-
48 εργάζεται. Ταῦτα τῶν ἤδη πρόσθεν εἰρημένων ἀνάξια,
καὶ τῆς ὑψηγορίας ἐκείνης καὶ θεολογίας ἀλλότρια, καὶ
τῶν χαμαιπετῶν τε καὶ περιγείων ἔκγονα λογισμῶν.
Τὸ γὰρ δὴ φάναι κἀν τῷ οὐρανῷ διαμεῖναι τὴν ἀτα-
ξίαν, ὡς χαλεπά τινα καὶ ἐν αὐτῷ τολμᾶσθαι καὶ ἄδικα,
τοπάζειν παρασκευάζει τὴν μὲν ὕλην ἰσχυροτάτην,
ἀσθενῆ δὲ εἶναι τὸν ποιητήν. Καίτοι φησὶν αὐτὸν τὸν
οὐρανὸν πρὸς τὸ νοητὸν δημιουργῆσαι παράδειγμα.
49 Λέγει δὲ οὕτως ἐν τῷ Τιμαίῳ· Πότερον οὖν ὀρθῶς ἕνα οὐ-
ρανὸν εἰρήκαμεν, ἢ πολλοὺς καὶ ἀπείρους ἦν λέγειν ὀρθότε-
ρον; Ἕνα· εἴπερ κατὰ τὸ παράδειγμα δεδημιουργημένος
ἔσται. Παράδειγμα δὲ οἶμαι λέγειν αὐτὸν, ἢ τὸν Θεὸν,
ὡς ἕνα· ἢ τὴν ἰδέαν, ἣν ἔννοιαν εἶναι τοῦ Θεοῦ λέγει· ἢ
τὸν νοητὸν οὐρανὸν, ὃν ὑπέρτερον εἶναι τούτου ἡ θεία
λέγει γραφή. Εἴτε δὲ τοῦτο εἴτε ἐκεῖνο λέγει παρά-
δειγμα, ἥκιστά γε ἁρμόττει τῷ οὐρανῷ τῶν χαλεπῶν
καὶ ἀδίκων ἡ πρᾶξις.

11. δὴ suprasc. B. 14. πρόσθεν] ἔμπροσθεν B. 20. εἶναι suprasc. B. 22. οὕτως] οὗτος C. 28. εἶναι om. B. 31. οὐρανῷ] ἀνθρώπῳ Va. b. Supra γε om. Va.

gravia et iniqua peragit, animantibusque transmittit. Sunt autem hæc superius jam dictis prorsus indigna; sunt a sublimi illo sermone ac theologia penitus aliena; sunt ab incurvis in humumque depressis rationibus consiliisque profecta. Cum enim et in cælo affirmet tantam rerum turbam inconcinnitatemque permansisse, ut conjicere ausit ibi quoque gravia atque iniqua contingere; materiam profecto validissimam quandam rem facit, infirmum vero debilemque opificem. Præterea vero et Deum inquit cælum construxisse ad intellectile quoddam exemplum. Sic enim scriptum est in Timæo [p. 31 A.]: *Utrum igitur probe diximus, unum esse cælum; an multos esse atque infinitos? Rectius profecto est dicere, unum esse, si ad exemplum confectum sit.* Exemplum vero, ut opinor, vel Deum intelligit, utpote unum; vel ideam, quam Dei conceptum esse ait; vel spirituale cælum atque intelligibile; quod eminentius esse hoc visibili cælo scriptura sancta testatur. Sive hoc autem, sive illud exemplum intelligat, nulli profecto cælo conveniat grave aliquod injustumque negotium.

50 Ἀλλὰ τῶν μὲν καλουμένων φιλοσόφων τοσαύτην ἔχει διαμάχην τὰ δόγματα· ὥρα δὲ λοιπὸν ἐπιδεῖξαι τῆς θείας γραφῆς τὴν εὐγένειαν, καὶ τὴν τῆς κοσμογενείας ἀλήθειαν. Τοὺς μὲν γὰρ περὶ τῆς ὕλης μύθους εἰς τὸ Ἡσιόδου ἀπέρριψε Χάος· δημιουργῆσαι δὲ τὰ ξύμπαντα ἔφησε τὸν Θεόν·—οὐ καθάπερ οἰκοδόμοι καὶ ναυπηγοὶ καὶ χαλκοτύποι καὶ χρυσοχόοι καὶ μέντοι καὶ ὑφάνται καὶ σκυτοτόμοι καὶ [οἱ] ἄλλοι τεχνῖται τὰς ὕλας ἐρανιζόμενοι ταύτας εἰδοποιοῦσί τε καὶ διαγλύφουσι, καὶ τὰ ὄργανα παρ᾽ ἀλλήλων ἀντιλαμβάνοντες·—ἀλλ᾽ ἅμα βουληθῆναί τε καὶ τὰ [μηδαμῇ] μηδαμῶς ὄντα παραγαγεῖν. Ἀπροσδεὴς γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεός· αἱ δὲ ἀν-
51 θρώπιναι τέχναι ἀλλήλων προσδέονται. Δεῖται [μὲν] γὰρ ὁ κυβερνήτης τοῦ ναυπηγοῦ, δεῖται δὲ ὁ ναυπηγὸς καὶ ὑλοτόμου καὶ χαλκέως καὶ πιττουργοῦ καὶ στυππειοποιοῦ, δεῖται δέ [γε] καὶ ὁ δρυτόμος τοῦ φυτουργοῦ, καὶ αὖ πάλιν ὁ φυτουργὸς καὶ γῆς καὶ ἀρδείας καὶ φυ-

40. *μέντοι καὶ*] *καὶ* om. C. 44. *ἐβουλήθη*] *βουληθῆναι* B.Va. et mox *παραγαγεῖν* pro *παρήγαγεν*. *ἠβουλήθη* C.Vb. 46. *ἀνθρωπεῖαι*] *ἀνθρώπιναι* B.Va. 49. *στυπίου*] *στιππυοποιοῦ* B.C. *στιππειοποιοῦ* Va.

Atque eorum quidem, qui philosophi appellantur, tantam habent dogmata disceptationem atque discordiam. Tempus vero jam est, ut divinæ scripturæ candorem ingenuum ostendamus, ejusque de mundi fabrica veritatem. Quæcumque enim fabulæ de ipsa materia pervagantur, eas divina Scriptura in chaos illud, quod est apud Hesiodum poëtam, conjecit: Deum vero omnia procreasse testata est; non tamen sicut cæmentarii solent ac navium fabri ærisve cusores atque aurifices; non inquam textorum ac sutorum modo, ceterorumque artificum. Hi namque, cum sibi prius materiam compararint, tunc demum forma illam afficiunt, eamque excudunt, instrumentaque alii ab aliis commodo sibi assumunt. Sed Deum inquit simul voluisse, simul quæ prius nullo modo fuerant protulisse. Abunde enim locuples, reique nullius est indigus. At vero humanæ artes eo laborant defectu, ut aliæ aliarum ope adjuvari indigeant. Necessarius est enim gubernatori navium faber: rursusque hic indiget lignatore: indiget præterea et fabro ferrario, et picatore, et stupifero: indiget lignator consitore plantarum: Hic vero, et terra, et irrigatione, plantariisque ac seminibus, et æra-

τῶν καὶ σπερμάτων καὶ χαλκέως ἐργαζομένου σμινύην 65
καὶ δίκελλαν, δεῖται δέ που καὶ ὁ χαλκεὺς οἰκοδόμου
καὶ οἰκίσκον οἰκοδομοῦντος καὶ ξυναρμόζοντος τῷ ξύλῳ
τὸν ἄκμονα καὶ ἐνείροντος τῷ ῥαιστῆρι τὸν στελεὸν,
καὶ πάντες δὲ ὁμοίως καὶ σκυτοτόμου καὶ ὑφάντου καὶ
γηπόνου προσδέονται, ἵνα τὸ σῶμα καὶ τρέφωσι καὶ
καλύπτωσι, κἀκεῖνοι δ' αὖ πάλιν τῆς τούτου γε ἐξήρ-
τηνται τέχνης, ἵν' ἑκάστῳ τὰ ὄργανα παράσχῃ τὰ πρόσ-
52 φορα. Ὁ δὲ τοῦ παντὸς ποιητὴς οὔτε ὀργάνων οὔτε
ὕλης δεδέηται· ἀλλ' ὅπερ ἐστὶ τοῖς ἄλλοις τεχνίταις καὶ
ὕλη καὶ ὄργανα, καὶ μέντοι καὶ χρόνος καὶ πόνος, καὶ
ἐπιστήμη καὶ ἐπιμέλεια, τοῦτο τῷ Θεῷ τῶν ὅλων ἡ βού-
λησις· Πάντα γὰρ ὅσα ἠθέλησεν ὁ κύριος ἐποίησεν ἐν τῷ
οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, ἐν ταῖς θαλάσσαις καὶ ἐν πάσαις
53 ταῖς ἀβύσσοις, ᾗ φασὶν οἱ ἱεροὶ λόγοι. Ἠθέλησε δὲ
οὐχ ὅσα ἠδύνατο, ἀλλ' ὅσαπερ ἀρκεῖν ἐδοκίμασεν.
Ῥᾴδιον μὲν γὰρ ἦν αὐτῷ καὶ μυρίους καὶ δισμυρίους
δημιουργῆσαι κόσμους, εἴπερ δὴ ἄρα τὸ βουληθῆναι

65, 1. σμινύην] σμινύην C. 3. ξυναρμόζοντος] ξυναρμόττοντος Vb. 4. ῥαιστῆρι] τῇ σφύρᾳ Sirm. 7. κἀκεῖνοι—πρόσφορα] καὶ ἅπαξ ἁπλῶς τῶν τεχνῶν ἑκάστη δεῖται τῆς ἑτέρας πρὸς σύστασιν C. Sirm. hæc addit Vb. 10. δέεται] δεδέηται B.Va. 20. ἄρα] ἅμα C.

rio fabro indiget qui bidentem sibi rastrumque conficiat. Nec minus et ærarius indiget fabro lignario, qui ligneam casulam sibi struat, qui incudem super ligneam basin collocet, quique malleum capulo conserat et componat. Omnes demum artifices, pari quadam ratione, sutoris ac textoris opera indigent : iidemque agricola opus habent, ut corpus alant indumentisque foveant : hique omnes fabro lignario ferrariove utuntur, qui commoda instrumenta singulis subministret. At vero rerum omnium Deus opifex nec instrumentis nec materia ulla indiget : sed, quod aliis artificibus sunt et materia et instrumenta, tempusque præterea et conficiendi opera, ipsaque ars et exactissima diligentia, hoc est ipsi Deo sola unicaque voluntas. *Omnia enim quæcumque voluit Dominus fecit in cælo et in terra ; in mari quoque ipso, et in omnibus abyssis ;* sicut sacræ nobis scripturæ testantur. Neque tamen quotcumque poterat totidem creare voluit ; sed ea dumtaxat quæ satis esse sua sapientia comprobavit. Facile enim illi fuerat decies ac vicies

ῥᾷστον ἁπασῶν τῶν ποιήσεών ἐστι· καὶ γὰρ ἡμῖν τὸ βουληθῆναι πάντων ἐστὶν εὐμαρέστατον· ἀλλ' οὐ ξυμπαρομαρτεῖ τῇ γε ἡμετέρᾳ βουλήσει ἡ δύναμις· τῷ δὲ Θεῷ τῶν ὅλων ὅσα βουλητὰ, δυνατά· τῇ βουλήσει γὰρ ἡ δύναμις ἥνωται· ἀλλ' ὅμως οὐ τῇ δυνάμει τὴν κτίσιν
54 ἐμέτρησεν, ἀλλ' ὅσαπερ ἠθέλησεν ἐδημιούργησε. Καὶ ἐπειδὴ τῶν γεγονότων τὰ μέν ἐστιν αἰσθητὰ, τὰ δὲ, νοητά· καὶ τὰ μὲν ἐπίγεια, τὰ δὲ ὑπερουράνια· ἀναγκαίως καὶ ζῶα πεποίηκε τὰ μὲν, αἰσθητὰ, τὰ δὲ, νοητά· καὶ τοῖς μὲν νοητοῖς τὸν αἰθέρα καὶ τὸν οὐρανὸν ἀπεκλήρωσε, τοῖς δὲ αἰσθητοῖς τὴν γῆν ἔδωκε καὶ τὴν θάλασσαν ἐν-
55 διαίτημα. Ἐπειδὴ δὲ τῶν νοητῶν τινες εἰς κακίαν [αὐθαιρέτως] ἀπέκλιναν, ἐξηλάθησαν εἰκότως τῶν οὐρανίων χώρων, καὶ τὴν ἐν τῷ ἀέρι καὶ τῇ γῇ διατριβὴν αὐτοῖς ἀπεκλήρωσεν, οὐχ ἵνα ἐπιτελῶσιν ὅσαπερ ἂν τοῖς ἀνθρώποις ἐπιβουλεύειν ἐπιχειρῶσιν, (ἐπέχει γὰρ δήπου τοῦτο ποιεῖν [αὐτοὺς] ἡ τῶν [ἁγίων] ἀγγέλων

20. ποιήσεων] ποιητῶν B. ἁπάντων τῶν ποιητῶν C. 25. τὴν] καὶ τὴν B. 26. ἐποίησε] ἐδημιούργησε B.Va. 28. ὑπερουράνια] οὐράνια C. 29. πεποίηκε] ἐποίησεν C. 32. δὲ αἰσθητοῖς] αἰσθητοῖς δὲ B. et mox δέδωκε. 34. [αὐθαιρέτως] om. B. 37. ἐπιτελέσωσιν] ἐπιτελῶσιν B.C.Vb. ἐπιγελῶσιν Va. 38. ἐπιχειρῶσιν] ἐπιχειροῦσιν C. 39. [αὐτοὺς] et [ἁγίων] om. B.Va.

mille orbes producere: quandoquidem ipsum velle multo omnium operum est facillimum. Nobis item accidit ut ipsum velle facillimum multo sit; at non illico facultas efficiundi quod velis humanam sequitur voluntatem. At opifex universorum Deus quæ vult omnia eadem simul potest: divinæ siquidem voluntati et facultas adjuncta est. Neque tamen rerum creationem mundique fabricam immensa illa sua potestate commensus est; sed, quæcumque voluit, ea confecit. Quoniam vero earum rerum quas ipse protulit, aliæ quidem sensibus sunt obnoxiæ, aliæ autem solo intellectu percipiuntur; suntque rursus aliæ quidem in terris agentes, aliæ vero supercælestes: necessario et animalia itidem fecit, alia sensibilia, alia intellectilia: ac intellectilibus quidem aërem cælumque addixit; sensibilibus autem mare ac terram ad incolendum dedit. Cumque nonnulli eorum spirituum qui intellectu solo percipiuntur in malitiam inclinassent, jure optimo e regionibus cæli depulsi sunt, aëremque ac terram ubi commorentur in sortem acce-

φρουρὰ,) ἀλλ' ἵνα τῇ μεταστάσει μάθωσιν ἡλίκων
56 *πρόξενος ἡ πονηρία κακῶν. Ἐπειδὴ δὲ διχῇ τὰ αἰσθητὰ*
διέκρινε γένη, καὶ τὰ μὲν λογικὰ πεποίηκε, τὰ δὲ, ἄλογα,
ὑπέταξε τῷ λογικῷ ζώῳ τῶν ἀλόγων τὴν φύσιν. Τυ-
ραννεῖ δὲ ὅμως τινα τούτων, καὶ στασιάζει πρὸς τὴν
ἀρχὴν, καὶ ἐπιβουλεύειν πειρᾶται· ἐπειδὴ καὶ οἱ τούτων
ἄρχοντες ταὐτὸ τοῦτο δρῶσι, καὶ λόγῳ τιμηθέντες κατὰ
τοῦ πεποιηκότος λυττῶσι, διὰ δὴ τοῦτο καὶ αὐτοὶ στα-
σιάζονται, ὅπως δι' ὧν πάσχουσι μάθωσιν ὡς σχέτλιον 66
καὶ παμπόνηρον τὸ παραβαίνειν τὴν τάξιν, καὶ τοὺς κει-
57 *μένους ὅρους [ἀδεῶς] ὑπερβαίνειν. Τούτους δὲ τοὺς*
ὅρους ἔστιν ἰδεῖν τὰ ἄψυχα στοιχεῖα φυλάττοντα. Καὶ
γὰρ ἡ θάλασσα ταῖς καταιγίσι ῥιπιζομένη καὶ κυκωμένη
καὶ πρὸς τὴν χέρσον ὠθουμένη τὴν ψάμμον αἰσχύνεται,
καὶ τοὺς πεπηγότας ὅρους παρελθεῖν οὐκ ἀνέχεται·
ἀλλὰ, καθάπερ ἵππος ὁρμῶν ἀναχαιτίζεται χαλινῷ, οὕ-
τως ἐκείνη, τὸν ἄγραφον τοῦ Θεοῦ νόμον ἐν ταῖς ἀκταῖς
θεωμένη, εἰς τοὐπίσω χωρεῖ, οἷόν τισιν ἡνίαις ἀγχομένη.

46. *ἐπειδὴ*] *ἐπειδὴ δὲ* Sirm.
66, 1. *πάσχωσι*] *πάσχουσι* B. 3. *ἀδεῶς*] om. Va. *ἀναιδῶς* conj. Vb.
10. *θεωρουμένη*] *θεωμένη* B.C. *θετωμένη* Va.

perunt; non ut ibi ea perficiant quæ contra homines dolose aggrediuntur, (hæc enim prohibentur angelorum custodia,) sed ut ex ejusmodi locorum mutatione condiscant quæ et quanta supplicia suis auctoribus pravitas ipsa conciliet. Quia vero animantia ille quæ sensibilia sunt in species duas distribuit, horumque alia quidem fecit ratione prædita, alia vero rationis expertia, quæ ratione sunt cassa rationalibus subdita esse voluit. Nonnulla tamen ipsorum tyrannice reluctantur, atque in suum principem seditiose consurgunt dolosque intendunt. Nec immerito quidem: quando et ipsi homines, quibus in eas animantes imperium est traditum, idem peccare cernuntur, ac tametsi rationis munere honestati, nihilo tamen secius, tamquam sint illius expertes, contra suum auctorem rabide debacchantur. Idcirco factum est ut et ipsi rebelli animantium seditione impetantur; ita edocendi ex iis quæ perferunt, quam malum quamque miserum sit præterire ordinem, semelque præstitutos fines impudenter transcendere. Ac videre quidem est inanima elementa egregie fines suos tueri. Mare siquidem

58 Οὕτως οἱ ποταμοὶ τρέχουσιν ὥσπερ ἐτάχθησαν ἐξ ἀρ-
χῆς, καὶ ἀναβλύζουσιν αἱ πηγαί, καὶ τὰ φρέατα χορηγεῖ
τοῖς ἀνθρώποις τὴν χρείαν, καὶ αἱ τοῦ ἔτους ὧραι ἀλ-
λήλας εὐρύθμως διαδέχονται, καὶ τὴν ἰσότητα τιμῶσαι
59 τοῦ πλείονος οὐκ ἐφίενται. Τοῦτον τὸν νόμον καὶ ἡμέραι
καὶ νύκτες διατηροῦσιν ἐνδελεχῶς, καὶ οὔτε μηκυνόμεναι
μεγαλαυχοῦσιν, οὔτε σμικρυνόμεναι δυσχεραίνουσιν·
ἀλλὰ παρ' ἀλλήλων τὸν χρόνον κιχρώμεναι πάλιν
ἀναμφισβητήτως τὸ χρέος ἐκτίνουσιν, οὐ ζυγομαχοῦσαι
πρὸς ἀλλήλας, ἀλλ' ἔριδος δίχα καὶ παρέχουσαι καὶ
60 λαμβάνουσαι. Κἀκεῖνα δὲ ὁμοίως τοῦ δημιουργοῦ τὴν
σοφίαν ἐπιδεικνύει καὶ δύναμιν. Οὔτε γὰρ ἡ γῆ ἐν τοσ-
αύταις δὴ χιλιάσιν ἐτῶν ἀρουμένη καὶ σπειρομένη καὶ
φυτευομένη καὶ τρέφουσα τοὺς καρποὺς καὶ πατουμένη
καὶ μεταλλευομένη [καὶ ὑομένη καὶ νιφομένη καὶ φλε-
γομένη] μείωσίν τινα πέπονθεν, ἢ τοὺς καρποὺς ἐλάτ-
τους τοῖς γεωργοῦσι προσφέρει· οὔτε ἡ θάλαττα, τῶν

16. τιμῶσαι] τιμῶσι καὶ B.Va. 18. διατηροῦσιν] διατελοῦσιν Va. 19. μεγαλαυχοῦσιν οὔτε σμικρυνόμεναι om. B. h. l. sed add. mox post κιχρώμεναι. 22. ἐκτίνουσιν] ἐκτείνουσιν B. ἐκτιννύουσιν C.Vb. 23. δίχα καὶ] καὶ om. C. 24. κἀκεῖνο] κἀκεῖνα B.C. 28. καὶ ὑομένη καὶ νιφομένη C. in marg. ubi mox φλογουμένη. φλογομένη Vb. 30. γεωργοῦσι] γεωργοῖς C.Vb.

ipsum, quamquam turbinibus agitatum inversumque violenter ad terram propellatur, harenæ tamen obices ac repagula subveretur, neque præfixos terminos transilire audet. Sicut enim equus ad cursum incitatus freno reprimitur et coercetur, ita et mare, cum Dei legem nullis quidem in tabulis scriptam, sed in ipso litore positam contemplatur, non secus pedem refert ac si habenis quibusdam cohibeatur. Pari quoque modo et flumina eum sui cursus tenorem servant, quem tueri ab initio jussa sunt. Ita et fontes scaturiunt, et putei humanis usibus aquas sufficiunt. Quatuor item anni stationes commoda successione sese excipiunt, ac servata inter se temporis æqualitate, quod nimium sit minime appetunt. Hanc eandem legem dies ac noctes indesinenter observant; neque cum protenduntur superbe se efferunt, neque cum contrahuntur iniquo animo ferunt; sed alternis vicibus tempora mutando, rursus cum ratio ipsa exigit sine ulla disceptatione debitum solvunt: neque invicem reluctantur, sed quietissime acci-

νεφῶν διηνεκῶς ἐκεῖθεν ἀνιμωμένων τῶν ὑδάτων τὴν
φύσιν, καὶ τὸν ὑετὸν ὠδινόντων καὶ παρεχόντων τῇ γῇ,
ἐλάττων ὤφθη πώποτε, ἢ κοιλοτέρα ἐγένετο, ἢ τὰς ἠϊό-
νας κατέλιπεν, ἃς πάλαι κατέκρυπτεν, οὔτε μὴν ηὐξήθη
πάλιν τοὺς πανταχόθεν εἰσρέοντας ποταμοὺς δεχομένη.
61 *Καὶ οὔ τι λέγω, πόθεν δὴ ἄρα τῶν ποταμῶν τὰ ῥεύματα*
φέρεται· (ἄρρητος γὰρ δή μοι πάμπαν καὶ οὗτος ὁ λόγος·)
ὅπως δὲ καὶ ὁ ἥλιος τὴν ὑγρὰν οὐσίαν πέφυκεν ἀναλί-
σκειν εὐπετὲς μάλα τῷ βουλομένῳ καταμαθεῖν. Καὶ
γὰρ δὴ ξηραίνει τὰ τέλματα, καὶ τὰ τῶν ὑδάτων ἀνα-
λίσκει ξυστήματα, καὶ τὰ ἡμέτερα σώματα διαυαίνει, καὶ
μέντοι τοὺς ποταμοὺς σμικροτέρους ἔστιν ἰδεῖν, ὅταν
οὗτος ἀφεὶς τὰ νότια μέρη ἐπὶ τὰ βόρεια τρέχῃ, καὶ τὸ
62 *θέρος ἐργάζηται. Διά τοι τοῦτο καὶ τὸν Νεῖλον φασὶν*
οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν τοῖς ἄλλοις ποταμοῖς πλημμυρεῖν
καιρὸν, ἀλλὰ μεσοῦντος τοῦ θέρους ἐπικλύζειν τὴν Αἴ-
γυπτον, ὡς τοῦ γε ἡλίου τὴν βορειοτέραν διαθέοντος

34. *ποτε*] *πώποτε* B. 39. *δή μοι*] *δὴ* om. B. 45. *σμικρυνομένους*] *σμικροτέρους* B.Va. 46. *μέρη* post *βόρεια* B.Va. 47. *ἐργάζηται*] *ἐργάζεται* C. 50. *τοῦ τε*] *τε* om. B. ult. *δέ γε*] *γε* om. B.

piunt redduntque. Illud præterea opificis Dei sapientiam plane potentiamque ostendit, quod neque ipsa tellus, quamquam per tot annorum millia aratris terga scindatur, seratur, conseraturque; quamquam et fructibus alimenta sufficiat, conculcetur, effodiatur, radatur, imbribus nivibusque subsidat, atque ardoribus atteratur; ullam sui diminutionem perpessa est, minoresve agricolis fœtus aut pauciores educit. Neque ipsum mare, quamquam inde nubes vim aquarum incessanter exhauriant, imbresque pariant, terrisque diffundant, imminutum olim exhaustumve esse cernitur: non ab iis denique litoribus recessisse, quæ olim fluctibus suis obduxit. Sed neque rursus auctum exuberat, tametsi plurimos undecumque fluvios illabentes accipiat. Neque vero nunc disserendum puto, unde jugis fluviorum copia devolvatur: ineffabilis enim mihi penitusque abstrusa hæc quoque ratio est: quo autem pacto sol aptus natus sit humidam aquæ vim comminuere, pronum est cunctis volentibus edoceri. Æstuaria enim paludesque exsiccat; aquarum præterea collectiones ac stagna consumit: corpora quoque hominum sicciora efficit. Quinetiam fluvios videmus decrescendo subduci, cum sol relictis australibus locis ad boreales tractus concedit, æstatemque nobis efficit. Eamque ob rem Nilum aiunt non

ζώνην, καὶ τοῖς ἄλλοις μὲν ποταμοῖς ἐνοχλοῦντος, τούτου
δέ γε πλεῖστον ἀπέχοντος. Εἰ δὲ καὶ ἄλλας αἰτίας τῆς 67
τούτου γε πλημμύρας εἶναί φασί τινες, ἀλλ' οὐκ [ἔμοιγε]
ἁρμόττειν τόνδε νῦν τὸν λόγον ὑπείληφα. Καὶ γὰρ τοῖς
ἄλλοις παρεγγυῶ τῆς μὲν θείας οἰκονομίας μὴ πολυ-
πραγμονεῖν τὰς αἰτίας, θαυμάζειν δὲ τὰ γινόμενα, καὶ
63 τὸν ποιητὴν ἀνυμνεῖν. Διὸ δὴ καὶ ἔγωγε θαυμάζω καὶ
τοῦ ἀέρος μὴ δαπανωμένην τὴν φύσιν, τοσούτων μὲν
ἀνθρώπων, τοσούτων δὲ ἀλόγων ζώων ἀναπνεόντων
τοῦτον διηνεκῶς, τοσαύτης δὲ ἀκτῖνος καὶ οὕτως ἄγαν
θερμῆς τοῦτον διαπερώσης, πρὸς δὲ τῷ ἡλίῳ καὶ τῆς
σελήνης καὶ τῶν ἀστέρων ταὐτό γε τοῦτο ποιούντων.
64 Ἀλλὰ γὰρ ὑπὲρ θαῦμα τὸ θαῦμα· καὶ κινδυνεύω γε λέ-
γειν ὡς οὐδὲ θαῦμα τὸ θαῦμα. Θεοῦ γὰρ δημιουργοῦν-
τος προσήκει θαυμάζειν μὲν ὡς ἥκιστα, ὑμνεῖν δὲ ὡς

67, 1. ἄλλας] δι' ἄλλας αἰτίας τὴν τούτου γε πλημμυρίαν Sirm. ib. πλημμυρίας] πλημμύρας B. 2. [ἔμοιγε] ἁρμόττειν] ἔμοιγε om. Vb. 5. τὰς αἰτίας] τὰς om. B. 7. δαπανωμένην] δυναμένην B.Va. 9. ἀναπνεόντων] διαπνεόντων B.Va. 12. ἄστρων] ἀστέρων B. mox om. γε. et sic Va. 15. [οὐχ] ἥκιστα] ὡς ἥκιστα B.

eodem tempore quo ceteri solent fluvii extra alveum inundare, sed media æstate aquis exuberantibus Ægyptum perfundere, sole tunc ad Borealem circulum accedente, ac ceteris quidem fluviis radiis ardentioribus incubante, ab ipso autem Nilo magnis sane spatiis abscedente. Si vero et alias Niliaci incrementi causas quidam esse contendunt, ego tamen hoc tempore materiam hanc convenire mihi non arbitror: quippe qui alios cohorter, ne causas divinæ gubernationis curiosius indagent, sed admirentur potius ea quæ facta sunt, ipsumque opificem hymnis laudando concelebrent. Ego itaque vehementer admiror naturam aëris inconsumptam persistere, cum tamen tot numero homines totque animalia rationis expertia illum spirando et attrahant et remittant, solisque adeo ferventes radii permeando trajiciant, præterque solem ac lunam idipsum stellæ quoque efficiant. Sed enim undique mundum intuenti miraculum miraculo superadditur. Parum vero abest ne confidenter dicam miraculum hoc loco pro miraculo habendum non esse. Cum sit enim mundi opifex Deus omnipotens, quæcumque ab eo fiant decet admirari quam minime, sed auctorem profecto decet laudari quammaxime. Sunt enim quæcumque fieri conveniant factu illi perquam facilia. Inseruit autem et rebus omnibus quas creavit sufficientem ad id temporis facultatem quo esse illas ac

μάλιστα· πάντα γὰρ αὐτῷ ῥᾴδιον ποιεῖν, ὅσα γε αὐτῷ πρόσφορα. Ἐναπέθετο γὰρ καὶ οἷς δεδημιούργηκεν [εἰς] ὅσον ταῦτα ξυνεστάναι βούλεται χρόνον δύναμιν ἀποχρῶσαν. Διά τοι τοῦτο καὶ ἡ γῆ μεμένηκεν οἵαπερ ἐξ ἀρχῆς ἐγεγόνει, καὶ ἡ θάλαττα οὔτε σμικρύνεται οὔτε αὔξεται, καὶ ὁ ἀὴρ ἣν ἐξ ἀρχῆς ἔλαχε φύσιν ἄσυλον διετήρησε, καὶ ὁ ἥλιος δὲ τήκειν οὐ δύναται καὶ διαλύειν ὃ διαθεῖ στερέωμα, οὔτε μὴν τὸ στερέωμα, ὑγρὸν ὄν, θερμὸν ὄντα τὸν ἥλιον σβέννυσιν· ἕκαστον γάρ, ὃν ἐξ ἀρχῆς εἴληχε, διεφύλαξε κλῆρον. Τὰς γὰρ ἐναντίας φύσεις ὑγροῦ καὶ ξηροῦ, καὶ αὖ πάλιν ψυχροῦ
65 καὶ θερμοῦ, ξυνήγαγεν εἰς φιλίαν ὁ ποιητής. Ὅταν τοίνυν τούτων ἕκαστον ἴδωμεν, καὶ τὸν μὲν ἥλιον, νῦν μὲν τὰ βόρεια, νῦν δὲ τὰ νότια, ἄλλοτε δὲ τὰ μέσα τοῦ οὐρανοῦ διαθέοντα, καὶ τὴν σελήνην αὐξανομένην καὶ φθίνουσαν, καὶ τοὺς ἀστέρας κατὰ καιρὸν ἀνίσχοντάς τε

16. ὅσα γε] ὅσα περ C.Vb. 17. γὰρ καὶ] δὲ καὶ B.C. 18. ἂν ταῦτα ξυστῆναι] ταῦτα ξυνεστᾶναι B. ξυνεστάναι C. 21. αὔξεται] αὐξάνεται Vb. Sirm. 22. ἔλαχε] ἔσχε B.Va. 23. ἥλιος] ἥλιος δὲ C. ib. διαλύειν ὃ θέει] διαλύειν γε ὃ διαθεῖ B.Va. ἢ διαλύειν ὃ διαθέει C.Vb. 25. εἴληχε] ἔλαχε B. 31. αὐξομένην] αὐξανομένην B.

perdurare decrevit. Ex quo factum est, ut tellus hodieque ita permaneat sicut ab initio facta fuit; neque item mare augescat neque decrescat; utque aër quam ab initio naturam sortitus est, inviolatam conservet; neque sol firmissimum illud cælum per quod assidue currit, eliquare possit, neque dissolvere; sed neque ipsum firmamentum, tametsi humida sit natura, flagrantem solem exstinguat. Singulæ enim res, quod ab initio munus sortitæ sunt, illud perpetuo conservarunt. Contrarias siquidem sicci atque humidi qualitates, rursusque calidi et frigidi, in amicitiam fœdusque composuit rerum opifex. Quotiescumque igitur omnia hæc videmus, quoties solem modo ad boreales tractus, modo ad australes, modo ad æquatas cæli partes excurrere; quoties et lunam modo auctam lumine, modo imminutam; nec minus et stellas certis orientes temporibus et occidentes, messis præterea et sementis tempus significantes, tum et nautis ostendentes tempestatem ac tranquillitatem: ne quæso, amici homines, hæc ipsa nobis deos faciamus, sed horum potius auctorem, opificem, gubernatoremque laudemus, ac per ea quæ contuemur oculis pergamus ad eum qui videri non potest. Ad

καὶ δυομένους, καὶ ἀμητοῦ καιρὸν καὶ σπόρου σημαίνον-
τας, καὶ τοῖς ναυτιλλομένοις χειμῶνα καὶ γαλήνην μη-
νύοντας· μὴ ταῦτά γε, ὦ φίλοι ἄνδρες, θεοποιήσωμεν,
ἀλλὰ τὸν τούτων ποιητὴν καὶ δημιουργὸν καὶ κυβερνή-
την ἀνυμνήσωμεν, καὶ διὰ τῶν ὁρωμένων πρὸς τὸν ἀό-
66 ρατον ἐκδημήσωμεν. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐκδημίας ἡμῖν
ἀλλὰ πίστεως χρεία· διὰ ταύτης γὰρ μόνης ἐκεῖνον
ἰδεῖν δυνάμεθα. Ὅταν [οὖν] ἴδωμεν εἰς καιρὸν τὰς
ὥρας μεταβαινούσας, καὶ τὸν ὑετὸν τῇ γῇ χορηγούμενον,
καὶ ταύτην φύουσαν, καὶ τῇ πόᾳ καλυπτομένην, καὶ τὰ
λήϊα κυμαίνοντα, καὶ τοὺς λειμῶνας ἀνθοῦντας, καὶ κο-
μῶντα τὰ ἄλση καὶ βρίθοντα τῷ καρπῷ, κινήσωμεν εἰς
ὑμνῳδίαν τοῦ ταῦτα δεδωκότος τὴν γλῶτταν· καὶ μήτε
νύμφας ὀρεστιάδας ἢ πηγαίας ἢ ποταμίας, μήτε τὰς
Νηρέως θεοποιήσωμεν θυγατέρας, μήτε τῇ Δηοῖ τὸν
ἴουλον ᾄσωμεν ἢ τὸν Λιτυέρσαν, μὴ Διονύσῳ τὸν διθύ-
ραμβον, μὴ τῷ Πυθίῳ μάντει τὸν παιᾶνα, μὴ τῇ Ἀρτέ- 68
μιδι τὸν ὕποιπον· ἀλλὰ τῷ ποιητῇ τῶν ὅλων τὴν Δαυι-

37. ποιητὴν καὶ] καὶ om. B. π. ἐπιγνόντες ὡς C.Vb. et sic ed. Sirm. 38. ἀνυμνήσωμεν] ὑμνήσωμεν B.Va. 41. ἐκεῖνον ἰδεῖν] ἰδεῖν ἐκεῖνον B. qui mox om. οὖν cum C. 47. δεδωκότος] δεδωρημένου B.Va. ult. Λιτυέρσαν] λειτερέαν B. λυτειρέσαν C. cum λιτυέρσαν in marg. λυτειρύσαντα Va. λυτήρεσσαν Vb.

68, 2. ὕποιπον] ὕποιτον B. An οὔπιγγον? Vide Seberum ad Polluc. I. 38. ib. Δαυιδικὴν] δαυΐτικὴν B. Δαυιτικὴν C.

hoc autem nobis non est opus peregrinatione, sed fide: per hanc enim solam videre illum nobis licebit. Cum itaque stationes anni videbimus suis quamque pertransire temporibus, cum terræ pluviam dispensari, cum terram germinare, cum virentibus herbis obduci, undare segetes, prata floribus renidere, comare silvas, ramos arborum fructibus prægravari; linguam moveamus in ejus laudem qui hæc terræ dona contribuit. Ne vero montium nymphas, neve fontium ac fluviorum, neve filias Nerei referamus in deos: ne cantemus Iulum Cereri, neve ipsi Rheæ Lityersan: ne Baccho Dithyrambum: ne Pæana Pythio Apollini, neve Dianæ concinamus hypœpum: sed rerum omnium conditori Deo hymnos Davidicos proferamus, cumque eo pariter exclamemus, *Quam magnificata sunt opera tua Domine: omnia in sapientia fecisti.* Quotiescumque canoras aves audiemus varios cantus emodulari, cicadasque tremu-

τικὴν προσενέγκωμεν μελῳδίαν, καὶ μετ' ἐκείνου βοήσωμεν, Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε· πάντα ἐν σο-
67 φίᾳ ἐποίησας. Ὅταν ᾠδικῶν ὀρνίθων ἀκούσωμεν ποικίλα γε ᾀδόντων ᾄσματα καὶ διάφορα, καὶ τεττίγων τερετιζόντων, ἐρρῶσθαι φράσαντες Σειρῆσι καὶ Μούσαις, τὸν πάνσοφον καὶ παναλκῆ Θεὸν προσκυνήσωμεν, τὸν καὶ τοῖς μικροῖς πτηνοῖς τοσαύτην μέλους δωρησάμενον ἁρμονίαν, καὶ διὰ πάντων καὶ τρέφοντα καὶ τέρποντα καὶ καταθέλγοντα τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος.

68 Ταῦτα ταῖς τῶν φιλοσόφων, ὦ φίλοι ἄνδρες, παρεξετάσατε δόξαις· καὶ σκοπήσατε ὀρθῇ γε καὶ δικαίᾳ χρώμενοι ψήφῳ τίνα τούτων περὶ Θεοῦ λέγειν πρόσφορά τε καὶ ἁρμόδια, τὸ ἀγέννητον εἶναι τὸ πᾶν ἢ ἀπὸ ταυτομάτου συστῆναι, ἢ τὸ ἀπὸ τῶν ἀτόμων καὶ τοῦ κενοῦ ξυναρμοσθῆναι, ἢ τὸ ὑπὸ [τοῦ] Θεοῦ μὲν, ἐκ δὲ τῆς ὕλης γενέσθαι· ἢ τούτων μὲν ἕκαστον περὶ Θεοῦ λέγειν ἀνόσιον, ἐκεῖνο δέ γε εἰκός τε καὶ ἀληθὲς, ὡς τῶν ὅλων ποιητὴς ὁ Θεὸς, οὐ τοῖς ἄλλοις τεχνίταις παραπλησίως ἐξ ὕλης τὰ πάντα δημιουργήσας, ἀλλ' αὐτὸς τὰ πάντα μὴ

7. κιθαριζόντων] τερετιζόντων B.Va. 9. παναλκῆ] παναληθῆ C.Vb. 12. καταθέλγοντα] καταθάλποντα B.Va. 16. τε καὶ] τε om. B. 17. ἀγέννητον] ἀγένητον B. 19. τοῦ θεοῦ] τοῦ om. B.C.

los evibrare concentus, Musis Sirenibusque dimissis, sapientissimum Deum eundemque potentissimum adoremus; qui et ejusmodi aviculis tantam tribuit musicæ harmoniam, et humanum genus undecumque nutrit, fovet, ac mulcet.

fieri in mundo contingit, maxime oderint, neque eorum quicquam satis placere sibi fateantur; jamque adeo et divitias damnent, et paupertatem infament; juxtaque et de morbis expostulent, et bene valentes graviter ferant: atque, ut semel dicam, nihil eos delectet eorum quæ contingunt in vita, sive prospera illa sint, sive adversa. Itaque pariter et annonæ fœcunditate turbantur, et agrorum sterilitate: tristantur liberorum copia, et carentia: dolent pace, dolent et bello. Ex quo sane fastidio factum est, ut accusent providentiæ gubernacula; immo vero, quantum in ipsis est, funditus tollant; inducant autem Parcas, Fatum, Fortunam, singulisque nostrum violentam quandam necessitatem præficiant, a qua præter animi nostri sententiam fieri nos latrones, mœchos, parricidas, affirmant. Agedum itaque gentilium Græcorum opiniones iterum disquiramus, easque tum apostolicis, tum propheticis dogmatis comparemus. Sedenim poëtas hoc loco cum suæ impietatis fabulis relinquamus: quando et princeps poëtarum deorum principem flebiliter conquerentem inducit, quod filium ulcisci non possit; eo quod Clothonæ filis inferior sit, eaque dis-

λόμενον μὲν, ὑπὸ δὲ τῆς Ἀτρόπου καὶ τῆς Λαχέσεως
κωλυόμενον, καὶ τούτου χάριν ὀλοφυρόμενον καὶ κωκύ-
5 οντα, καὶ γόον πολὺν ἀναμιγνύντα τοῖς λόγοις. Οὗτος
καὶ τὸν Ποσειδῶνα δέδειχε τίσασθαι μὲν βουλόμενον
τῶν Κεφαλλήνων τὸν στρατηγὸν, ὅτι τυφλὸν εἰργάσατο
τὸν Πολύφημον, οὐ δυνάμενον δὲ νικῆσαι τὴν εἱμαρμέ-
νην, ἐπειδήπερ εἵμαρτο τῷ Λαέρτου τὴν Ἰθάκην ἰδεῖν.
Τούτους τοίνυν καταλιπόντες, τὸν τῶν φιλοσόφων ἑσμὸν 86
6 παραγάγωμεν. Τοὺς μὲν οὖν ἀμφὶ τὸν Διαγόραν φασὶν
ἀθέους ἐπίκλην ὀνομασθῆναι, διὰ τὸ πάμπαν ἀρνηθῆναι
τὸ θεῖον· Πρωταγόραν δὲ ἀμφίβολον περί [γε] τούτων
ἐσχηκέναι λέγουσι δόξαν. Φάναι γὰρ αὐτὸν εἰρήκασιν
οὐκ εἰδέναι, οὔτε εἴπερ εἰσὶ θεοὶ, οὔτε εἰ παντάπασιν οὐκ
εἰσίν. Ἐπίκουρος δὲ ὁ Νεοκλέους καὶ ἡ ἐκείνου ξυμ-
μορία εἶναι μὲν ἔφασαν τὸν Θεὸν, πρὸς αὑτὸν δὲ
ἀπεστράφθαι, καὶ μήτε ἔχειν πράγματα, μήτε παρέχειν
7 ἄλλοις ἐθέλειν. Ὁ δέ γε Νικομάχου μέχρι σελήνης
ὑπείληφε τὸν Θεὸν πρυτανεύειν, τῶν δὲ μετὰ ταύτην

46. Λαχέσεως] λαχοῦς Vb. 49. δέδειχε] δέδειχθεν C. 50. Κεφαλήνων] Κεφαλλήνων B.C. ib. ὅτι] ὃς B.Va.

86, 5. περί [γε]] γε om. C. 9. [τὰ] πρὸς] τὰ om. B.C.Vb. Tum ἑαυτὸν C.Vb. Tum ἐπιστράφθαι conj. Ursin. 11. δέ γε] γε om. B.

solvere quidem velit, ab Atropo autem et Lachesi prohibeatur: eamque ob rem lamentis, fletibus, ululatuque permulto verba commisceat. Idem et Neptunum inquit velle quidem ultionem sumere de Cephaleniorum duce, qui Polyphemo oculum eruit, haud tamen potuisse fatum superare, quandoquidem fato jam decretum erat Ulyssem Laërtæ filium ad Ithacam patriam rediturum esse. Poëtis igitur prætermissis, philosophorum potius cœtum afferamus. Diagoram sectatoresque Diagoræ Atheos cognomento nuncupatos ferunt, eo quod penitus Deum negarent esse: Protagoran vero ancipiti opinione de Deo sensisse aiunt. Nam dixisse illum affirmant nescire se utrum dii sint, an omnino non sint. Epicurus autem Neoclis filius quæque ab eo secta societasque descendit Deum quidem esse dixerunt; verum ad sese ipsum conversum esse, neque curare ipsum quicquam negotii, neque item sibi velle ab aliis exhiberi. Nicomachi porro filius Aristoteles luna tenus putavit Dei providentiam rebus præesse: at ea omnia quæ infra

ἁπάντων ἠμεληκέναι, καὶ τῇ τῆς εἱμαρμένης ἀνάγκῃ παραδεδωκέναι τὴν τούτων ἐπιτροπείαν· καὶ οὐ μόνον πλοῦτον καὶ πενίαν, καὶ ὑγίειαν καὶ νόσον, καὶ δουλείαν καὶ ἐλευθερίαν, καὶ πόλεμον καὶ εἰρήνην διανέμειν ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ἀρετὴν καὶ κακίαν ἀποκληροῦν.
8 Τούτων Οἰνόμαος ὁ Κυνικὸς ἐναργῶς κατηγόρησε, καὶ τὸν Πύθιον μάντιν, ὡς τὰ παραπλήσια χρησμῳδοῦντα, τοῖς κατηγορουμένοις ξυνέζευξε· καὶ τὸ μὲν ξύγγραμμα Φωρὰν γοήτων ὠνόμασε· λέγει δὲ ὧδε· *Ἀπόλωλε γὰρ, τό γε ἐπὶ τοῖς σοφοῖς, ἐκ τοῦ ἀνθρωπείου βίου, ἀπόλωλεν, εἴτε οἴακά τις αὐτὸ, εἴτε ἕρμα, εἴτε κρηπῖδα ὀνομάζων χαίρει, τῆς ἡμετέρας ζωῆς ἡ ἐξουσία· ἣν ἡμεῖς μὲν αὐτοκράτορα τῶν ἀναγκαιοτάτων τιθέμεθα· Δημόκριτος δὲ, εἰ μή τι ἠπάτημαι, καὶ Χρύσιππος, ὁ μὲν, δοῦλον, ὁ δὲ, ἡμίδουλον ἐπινοεῖ τὸ κάλλιστον τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιδεῖξαι. Ἀλλὰ τούτων ὁ μὲν λόγος τοσοῦτος, ὅσον ἄν τις ἀξιώῃ, ἄνθρωπος ὢν, ἀνθρώπους. Εἰ δὲ δὴ καὶ τὸ θεῖον ἡμῶν κατα-*
9 *στρατεύεται, παπαὶ, οἷα πεισόμεθα;* Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα

15. ἐπιτροπείαν] ἐπιτροπίαν C. 21. τὸ μὲν] μὲν om. C. 22. φωρὰν] φώραν B.Va. ὀνόμασε B. 23. ἀνθρωπίνου] ἀνθρωπείου B.C. 31. δὲ δὴ] δὲ δεῖ B. 33. καὶ ἄλλα τοιαῦτα—προσέθηκε] τοιαῦτα καὶ ἄλλα—προστέθεικε B. προστέθεικε item C. τοιαῦτα καὶ ἄλλα Va.

lunam subsidunt minus Deum curare, sed eorum gubernationem tradidisse fatorum necessitati. Cui quidem tantum tribuebat, ut non solum divitias, paupertatem, prosperam valitudinem, morbos, servitutem, bellum, pacemque diceret ab hac mortalibus dispensari, sed virtutem quoque vitiumque contribui. Hanc vero ejus opinionem Cynicus Œnomaus apertissime accusavit; vatemque Pythium, quod iis similia suis in oraculis responderet, ejusdem accusationis reum fecit, ac librum quem ea de re conscripsit *Veneficorum indaginem* appellavit. In eo autem scripta hæc sunt [Euseb. P. E. p. 254 D.]: *Periit enim (quantum in sapientibus viris est) periit inquam ex humana vita, sive id temonem, sive saburram, sive crepidinem libeat appellare; libertas videlicet humanæ vitæ, quam nos quidem vel rerum quæ maxime necessariæ sunt, dominam esse decernimus: Democritus autem, nisi fallor, et Chrysippus, alter plane servam, alter semiservam esse pulcherrimam hominis partem demonstrare contendunt. Verum tanti eorum sermo fieri debet, quanti ab homine faciendus est homo. Si vero hac in re Deus quoque nobis*

τοιαῦτα εἰπὼν, προστέθεικε καὶ ταῦτα· Φέρε καὶ ἡμεῖς ἀνταγανακτήσωμεν. Τί δή ποτε; ἔνθα ἂν ἡμῖν δοκῇ, ἔσται τοῦτο καὶ πιστότατον καὶ πρεσβύτατον· ἔνθα δὲ ἂν μὴ δοκῇ, ἐκεῖ καταδυναστεύει τι λεληθὸς αὐτοῦ, εἱμαρμένη καὶ πεπρωμένη, διάφορα ἑκάστῳ ἡμῶν ἔχουσα, τὸ μὲν ἐκ [τοῦ] Θεοῦ, τὸ δὲ ἐκ τῶν σμικρῶν ἐκείνων σωμάτων τῶν φερομένων ἄνω, καὶ παλλομένων κάτω, καὶ περιπλεκομένων, καὶ διαλυομένων, καὶ διϊσταμένων, καὶ παρατιθεμένων ἐξ ἀνάγκης;

10 Καὶ αὖ πάλιν μετ' ὀλίγα· Τούτων δὲ εἵνεκα ταῦτα προσήνεγκα τῷ λόγῳ, ὅτι σε ἐκπέφευγεν, ὦ μάντι, ὧν κύριοι ἐσμὲν ἡμεῖς· καὶ ὁ τὰ πάντα εἰδὼς ταῦτα οὔπω ἔγνως, ὧν τὰ πείσματα ἀνῆπται ἐκ τῆς ἡμετέρας βουλήσεως.

11 [Καὶ] ταῦτα ὁ Κυνικὸς κατὰ ταὐτὸν τοῦ Πυθίου καὶ Δημοκρίτου καὶ Χρυσίππου κατηγόρησεν· εἰκότως ἀγανακτῶν, ὅτι τοῦ ἡμετέρου νοῦ τὴν ἐλευθερίαν ἐξανδραποδίσαντες φύσιν τῇ τῆς εἱμαρμένης καὶ πεπρωμένης

34. ἀνταγακτήσωμεν B. κἂν C. pro καί. 37. διάφορα] ἡ διάφορα B. διάφορον Vb. 38. τοῦ θεοῦ] τοῦ om. B.C. Mox τῷ B. 39. σμικρῶν] μικρῶν B. σμικροτάτων Va. Tum $\overset{\sigma\omega}{\pi o\mu\acute{\alpha}\tau\omega\nu}$ C. 44. ἐκπέφευγεν] ἐκπέφυγεν B. 47. κατ' αὐτῶν τοῦ] κατὰ ταυτὸν τοῦ B. κατ' αὐτὸν τ. C. omisso ante [καὶ]. 49. ἐλευθερίαν] ἐλευθέρ αν (sic) C. ἐλευθέραν Sirm.

adversus sit, papæ qualia patiemur mala? Cumque alia permulta in hanc sententiam dicat, hæc insuper adducit [p. 257 C.]: *Age et nos contra indignemur. Quid igitur? Ubi nobis aliquid ita agendum esse videatur, certissimum hoc erit atque antiquissimum? Ubi vero non ita videatur, ibi adversa quadam vi latens nescio quid in nos potest; ipsa videlicet Himarmene, ipsaque Pepromene, hoc est, sua cuique fatalis connexio et transactio; de qua cuilibet vestrum diversa sententia est; huic quidem, quod ea ex Deo sit; huic autem, quod ex minutis illis corpusculis quæ agente necessitate sursum deorsumque impelluntur, implicantur, solvuntur, absistunt, accedunt, et apponuntur?* Rursumque paulo mox: *Horum autem causa in nostrum hæc ipsa sermonem contuli; quoniam te, o vates Pythie, effugerunt ea quorum domini auctoresque ipsi sumus. Ita qui te scire omnia profiteris, nequaquam tamen hæc scisti, quorum stamina ex voluntate nostra dependent.* Hisce itaque verbis Œnomaus ille Cynicus, Apollinem Pythium, Democritum, Chrysippumque accusavit; justam adversus eos indignationem concipiens, quod humanæ mentis liberam ingenuamque naturam redigentes in servitutem, suæ illius Himarmenes ac Pepromenes necessitati tradi-

ἀνάγκῃ παρέδοσαν. Τὴν δὲ πεπρωμένην ὁ Χρύσιππος πεπερασμένην ἔφησεν εἶναι καὶ συντετελεσμένην διοίκησιν· τὴν δὲ εἱμαρμένην, εἰρομένην τινα, εἴτ᾽ ἐκ Θεοῦ 87
βουλήσεως, εἴτε [καὶ] ἐξ οἱασδήποτε αἰτίας· τὰς δὲ Μοίρας ὠνομάσθαι ἀπὸ τοῦ μεμερίσθαι καὶ καταν ενεμῆσθαί τινα ἡμῶν ἑκάστῳ· οὕτω δὲ καὶ τὸ χρεὼν παρὰ τὸ χρέος εἰρῆσθαι, τὸ ἐπιβάλλον καὶ καθῆκον κατὰ τὴν εἱμαρμένην. Τὸν δὲ ἀριθμὸν τῶν Μοιρῶν τοὺς τρεῖς χρόνους παραδηλοῦν ἐν οἷς κυκλεῖται τὰ πάντα, καὶ δι᾽ ὧν ἐπιτελεῖται· καὶ Λάχεσιν μὲν κεκλῆσθαι παρὰ τὸ λαγχάνειν ἑκάστῳ τὸ πεπρωμένον, Ἄτροπον δὲ κατὰ τὸ ἄτρεπτον καὶ ἀμετάθετον τοῦ μερισμοῦ, Κλωθὼ δὲ παρὰ τὸ συγκλώθεσθαι καὶ συνείρεσθαι τὰ πάντα, καὶ μίαν αὐτῶν τεταγμένην εἶναι δόξαν. Τὴν δὲ Πρόνοιαν τοῦτο κεκλήκασι, διότι πρὸς τὸ χρήσιμον οἰκονομεῖ

ult. *εἰρομένην* suprasc. B. p. m.
87, 1. [*καὶ*] om. C. 3. *καταν ενεμῆσθαι*] *καταν ενεμεῖσθαι* C. 4. *χρέος*] *χρέως* B. *οὕτω δὲ καὶ τὸ χρεὼν εἰρῆσθαι* C. Euseb. *οὔτε δὲ καὶ χρεὼν παρὰ τὸ χρέος εἰρῆσθαι* Va. *οὕτω δὲ καὶ χρεὼν παρὰ τὸ χρόνον εἰρ.* Vb. 5. *κατὰ*] *παρὰ* Va. 11. *συγκλώθεσθαι*] *συγκλώθεισθαι* C. 12. *δόξαν*] *διέξοδον* Euseb.

derint. Quorum nominum ut rationem aliquam teneamus, est operæ pretium videre, quo etymo Chrysippus eas exponat [Euseb. p. 263 C.] Ait enim *Pepromenen* quasi Peperasmenen esse, hoc est, perfectam transactamque rerum gubernationem: *Himarmenen* vero, quasi hiromenen, hoc est, complicitam eandem conservatamque; sive ex divina voluntate, sive quacumque alia causa. Parcas etiam *Mœras* appellatas ait, eo quod memerismenæ, hoc est, particulatim singulis divisæ ac distributæ sint. Ita et tempus *Chronon* dici putat a *chreon;* quasi quod necessitate quadam secundum fati connexionem adjiciatur rebus, ad easque pertineat. Parcarum autem numero tria nobis tempora significari, quibus omnia revolvantur et consumantur. Ac *Lachesin* quidem dictam esse a *lanchano* verbo, id est sortior; eo quod sorte unusquisque sibi distributum habeat quod semel fato decretum transactumque est: *Atropon* vero, esse stabilitatem sortis illius quæ inverti et commutari non possit: *Clotho* autem nominatam a verbo ejusdem vocis *clotheo;* quo significatur, modo eorum quæ nentur, omnia fato circumvolvi et complicata connecti; unamque esse Parcarum dispositamque sententiam. Totamque hanc seriem *providentiam* nominarunt; eo quod singula ad utilitatem com-

ἕκαστα· Ἀδράστειαν δὲ τὴν αὐτὴν, ὅτι οὐδὲν αὐτὴν
13 ἀποδιδράσκει. Οὐ μόνον δὲ οἱ ἀμφὶ τὸν Δημόκριτον καὶ Χρύσιππον καὶ Ἐπίκουρον πάντα κατὰ ἀνάγκην ἔφασαν γίγνεσθαι, ἀνάγκην καλοῦντες τὴν εἱμαρμένην, ἀλλὰ καὶ Πυθαγόρας ὁ πολυθρύλητος ἀνάγκην εἶπε περικεῖσθαι τῷ κόσμῳ. Ὁ δὲ Παρμενίδης τὴν ἀνάγκην [καὶ] Δαίμονα κέκληκε, καὶ Δίκην, καὶ Πρόνοιαν· καὶ ὁ Ἡράκλειτος δὲ πάντα καθ' εἱμαρμένην εἴρηκε γίγνεσθαι·
14 ἀνάγκην δὲ τὴν εἱμαρμένην καὶ οὗτος ὠνόμασε. Καὶ Χρύσιππος δὲ ὁ Στωϊκὸς μηδὲν διαφέρειν εἶπε τοῦ εἱμαρμένου τὸ κατηναγκασμένον, εἶναι δὲ τὴν εἱμαρμένην κίνησιν ἀΐδιον συνεχῆ καὶ τεταγμένην. Ζήνων δὲ ὁ Κιτιεὺς δύναμιν κέκληκε τὴν εἱμαρμένην κινητικὴν τῆς ὕλης, τὴν δὲ αὐτὴν καὶ Πρόνοιαν καὶ Φύσιν ὠνόμασεν. Οἱ δὲ τοῦτον διαδεξάμενοι τὴν εἱμαρμένην λόγον ἔφασαν εἶναι τῶν ἐν τῷ κόσμῳ προνοίᾳ διοικουμένων, καὶ πάλιν ἐν ἑτέροις ξυγγράμμασιν εἱρμὸν αἰτίων τὴν εἱ-
15 μαρμένην κεκλήκασι. Καὶ τὴν Τύχην δὲ ὡσαύτως οἱ μὲν θεὸν ὑπέλαβον, καὶ ὡς θεὸν ἐσεβάσθησαν· ὁ δὲ

26. Κιτιεὺς] Κητιεὺς B.

modumque dispenset. *Adrasteam* quoque eandem dici voluerunt, a *didrasco* verbo, id est fugio; quia nihil scilicet eam effugiat. Verum enimvero non solum Democritus, Chrysippus, et Epicurus, eorumque sectatores omnia fieri necessitate dixerunt, quam *Himarmenen* aliter appellabant; sed celeberrimus ille quoque Pythagoras necessitatem mundo circumsitam esse dixit. Parmenides vero ipsam Necessitatem, etiam Dæmonem et Justitiam et Providentiam appellavit. Heracletus quoque fieri omnia fato asseruit; quod et *Necessitatem* vocavit. Stoicus item Chrysippus nihil interesse censuit inter fatale ac necessarium; esse autem *Himarmenen*, sempiternam, continuam, ac dispositam motionem. Zeno autem Citiensis Himarmenen inquit esse vim materiæ motricem, eandemque et Providentiam et Naturam appellavit. Hujus autem successores Himarmenen dixerunt esse rationem earum rerum quæ in mundo non sine providentia gubernantur, rursusque in aliis suis libris hirmon (id est connexionem) causarum Himarmenen vocarunt. Pari quoque modo et *Fortunam* alii quidem opinati sunt deam esse, divinosque illi honores tribuerunt: Plato autem causam

Πλάτων αἰτίαν εἶπεν εἶναι κατά τι ξυμβεβηκὸς γιγνομένην, καὶ πάλιν ξύμπτωμα φύσεως ἢ προαιρέσεως κέκληκε. Καὶ ὁ Ἀριστοτέλης δὲ ὡσαύτως αἰτίαν ἔφη κατὰ ξυμβεβηκὸς ἐν τοῖς καθ' ὁρμὴν ἕνεκά τινος γιγνομένοις ἄδηλόν τε καὶ ἄστατον. Ἀναξαγόρας δὲ, καὶ Δημόκριτος, καὶ οἱ ἐκ τῆς Ποικίλης ὠνομασμένοι, ἄδη-
16 λον αἰτίαν ἀνθρωπίνῳ λόγῳ. Φιλήμων δὲ ὁ κωμικὸς, καὶ ταῦτα γέλωτος ὢν ποιητὴς, ἄντικρυς κατηγορεῖ τῶν θεὸν τὴν Τύχην ὑπειληφότων, καὶ διαρρήδην βοᾷ,

Οὐκ ἔστιν ἡμῖν οὐδεμία Τύχη θεὸς,
οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ταυτόματον ὃ γίγνεται
ὡς ἔτυχ' ἑκάστῳ προσαγορεύεται Τύχη.

Οὗτος καὶ τοὺς οἰωνοῖς ἢ κληδόσι χρωμένους κωμῳδῶν ἔφη,

Ὅταν ἴδω (φησὶ) παρατηροῦντα, τίς ἔπταρεν,
ἢ τίς ἐλάλησεν, ἢ τίς ἐστιν ὁ προσιὼν
σκοποῦντα, ἀπολῶ τοῦτον εὐθὺς ἐν ἀγορᾷ. 88
Αὐτῷ βαδίζει καὶ λαλεῖ καὶ πτάρνυται
ἕκαστος ἡμῶν, οὐχὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει.
Τὰ πράγμαθ' ὡς πέφυκεν, οὕτω γίγνεται.

42. δὲ] δέ γε B. 48. οἰωνοῖς] οἰωνοῖσιν C. ib. χρωμένους] κεχρη- (χρω) μένους B. ult. ἤ τις ἐλάλησεν om. B. v. Clem. Al. VII. p. 843.
88, 2. αὐτῷ βαδίζει] ἑαυτῷ C. ἑαυτῷ β°αδίζει *βιάζει B. Post h. v. deest in B. folium continens p. 88, 3—90, 52. ed. Sylb. sc. a πτάρνυται usque ad καὶ μετάσχωμεν inclusive. 3. τοῖς] καὶ τοῖς C.

esse dixit quæ ab accidenti aliquo fieret: rursumque eandem naturæ casum aut electionis vocavit. Aristoteles item causam eam dixit esse per accidens in iis quæ voluntario motu fiunt rei alicujus ergo, sed occultam et inconstantem. Anaxagoras, et Democritus, quique a varia porticu philosophi cognomentum traxerunt, aiunt eam occultam humanæ rationi causam esse. Philemon vero Comicus, tametsi homo ad exciendum risum maxime factus, apertissime illos accusat qui fortunam deam esse dixerunt. Sic enim vocalissime exclamat [Clem. Al. V. p. 726.]; *Non est deus Fortuna, non inquam deus; Sed casus ille quo fit omne ut contigit Cuicumque fortunæ vocatur nomine.* Idem poëta eos qui auguriis sortibusque utuntur ita comice infamat; *Cum videro* (inquit) *observantem qui sternutet, aut Speculantem si quis accedat, perdam hunc ego Hominem e vestigio. In foro sibi quilibet Nostrum et deambulat, et loquitur, et ster-*

17 Καὶ ὁ Μένανδρος δὲ ἐν Δεισιδαίμονι [παραπλησίως]
τοὺς τὰ τοιαῦτα παρατηροῦντας γελᾷ, λέγων ὧδε,

Ἀγαθόν τι μοι γένοιτ', ὦ πολύτιμοι θεοί.
Ὑποδούμενος τὸν ἱμάντα τῆς δεξιᾶς
ἐμβάδος διέρρηξ'. Εἰκότως, ὦ φλήναφε·
σαπρὸς γὰρ ἦν· σὺ δὲ σμικρολόγος, οὐκ ἐθέλων
καινὰς πρίασθαι.

18 Οὕτως ᾔδεσαν καὶ οἱ τὸν ἐν γέλωτι καὶ θεάτροις ἀσπα-
σάμενοι βίον, ὡς τὰ τοιαῦτα δείγματα καὶ παρατηρή-
ματα λίαν ἐστὶ καταγέλαστα. Καὶ Ἀντιφῶν δὲ, τινὸς
δυσχεράναντος, καὶ οἰωνὸν χαλεπά τινα σημαίνειν νομί-
σαντος, ὅτι ἡ ὗς τὰ οἰκεῖα κατέφαγεν ἔγγονα, Χαῖρε,
εἶπεν, ἐπὶ τῷ σημείῳ, ὅτι πεινῶσα τὰ σὰ οὐ κατέφαγε
19 τέκνα. Ἔοικε δὲ τούτῳ καὶ τὸ παρὰ τοῦ Βίωνος εἰρη-
μένον. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος τὰ τοιάδε γελῶν, Τί θαυμα-
στὸν, ἔφη, εἰ καὶ ὁ μῦς τὸν θύλακον διέτραγεν, οὐκ ἔχων ὅ
τι φάγῃ; τοῦτο δὲ ἦν θαυμαστὸν, εἰ, ὥσπερ Ἀρκεσίλαος
20 παίζων ἐνεχείρει, τὸν μῦν ὁ θύλακος κατέφαγεν. Καὶ ὁ
Διογένης δὲ, ὄφεως ὑπέρῳ ἑαυτὸν ἐνειλήσαντος, καί

5. παραπλησίως om. Va. 7. τι μοι] μοι τι C. 13. δείγματα] δείματα C. 19. λέγων ut videtur Va. pro γελῶν. 20. διέτρωγεν] διέτραγεν C.

nuit; *Et non suis in civitate civibus. Sic namque quæque res fit ut natura fert.* Menander quoque in Comœdia cui titulus Disidæmon, id est Superstitiosus, hujusmodi observatores ita irridet [Clem. Al. VII. p. 842, 12.]: *Bene precor hoc vertat, dii sanctissimi: Dum calcior, lorum dextræ effregi crepidæ. At jure diffregisti fatue blactero. Longa vetustate illud namque putre erat. Tu vero nimium parcus, qui novas tibi Emere nolueris crepidas.* Hoc itaque pacto scisse se ostenderunt qui ludicram theatralemque vitam sectantur ejusmodi signa observationesque rerum valde esse ridiculas. Quin et Antipho cum videret quendam graviter ferre, sibique ominosum id fore suspicari, quod sus apud se fœtus quos enixa fuerat ambedisset, *Gaude,* inquit, *hoc signo, quoniam fame affecta filios tuos minime comedit.* Simile vero huic est quod Bion dixisse fertur. Nam is quoque hujusmodi superstitiones irridens, *Quid mirum est,* inquit, *si mus, cum non haberet quicquam quod esset, panarium saccum corrosit? Illud sane mirandum contigisset, si, ut Arcesilaus jocans dicere solebat, murem saccus comedisset.*

τινος τοῦτο θαυμάσαντος, καὶ τέρας εἶναι νομίσαντος, Μὴ θαύμαζε, εἶπεν· ἦν γὰρ παραδοξότερον, εἰ τὸ ὕπερον περὶ ὀρθῷ τῷ ὄφει κατειλημμένον τεθέασο. Οὕτω πάλιν οὗτος αὐτὸς ἐν οἰκίᾳ τινος μοχθηροῦ ἐπιγεγραμμένον εὑρών,

Ὁ τοῦ Διὸς παῖς καλλίνικος Ἡρακλῆς
ἐνθάδε κατοικεῖ· μηδὲν εἰσίτω κακόν.

21 Καὶ πῶς, ἔφη, ὁ κύριος εἰσελεύσεται τῆς οἰκίας; Οὕτως ἐκωμῴδουν καὶ οἱ τῷ τῆς δεισιδαιμονίας πλάνῳ δεδουλευκότες τοὺς οἰωνούς, καὶ τὰς κληδόνας, καὶ τὰ παρὰ τῶν πολλῶν ἔτι καὶ νῦν νομιζόμενα τέρατα· καὶ πτάρνυσθαι μὲν τοὺς πτέροντας ἔλεγον οὐκ ἄλλοις τι προσημαίνοντας, ἀλλὰ τὸ ξύνηθες ὑπομένοντας πάθος· καὶ τοὺς διαλεγομένους οὐκ ἄλλοις τισι προδηλοῦν, ἀλλὰ περὶ τῶν αὐτοῖς προκειμένων ποιεῖσθαι τοὺς λόγους· καὶ τὸν μῦν ὑπὸ τῆς πείνης ὠθούμενον διατρῆσαι τὸν θύλακον, οὐ χρησμόν τινα τῷ τοῦ θυλάκου δεσπότῃ προλέγοντα· καὶ τοῦ ὑποδήματος τοὺς δεσμοὺς ὡς παλαιοὺς διαρραγῆναι, οὐχ ὡς χρησμολόγους χαλεπόν τι

25. εἶναι] τοῦτο εἶναι C. Mox ἐθεάσω Sirm. 31. οὕτως] καὶ οὕτως C. 38. τισι] τι C.

Diogenes autem, cum forte pistillo serpens se obvolvisset, factumque id valde quidam admiratus portentum esse opinaretur; *Ne quæso*, inquit, *mirare. Magis enim præter opinionem accideret, si pistillum recto serpenti se obvolvisset.* Rursus hic idem cum reperisset apud quendam ita domestico parieti inscriptum; *Jovis gnatus victoriosus Hercules Has habitat ædes: ne quid huc intret mali. Et quomodo*, inquit, *dominus intrabit domus?* Ita sane vel ii quoque, qui tunc in sæculo vixerunt superstitionibus multis addicto, scommatis ac dicteriis incessebant et auguria, et sortes, et quæ hodie quoque a nonnullis prodigia et portenta existimantur. Ergo et sibi sternuere sternutantes dicebant, non qui cuiquam inde quicquam portenderent, sed qui solitum sibi id accidens paterentur: item et mutuo colloquentes nihil significare aliud, quam ut de propositis sibi rebus verba inter se facerent: Murem quoque illum fame compulsum ut saccum panarium perforaret, non ut domino sacci futuri quicquam prædiceret: pari modo et crepidæ religacula, ut quæ vetustate computruissent, facile esse dirupta;

22 προαγορεῦσαι. Ταῦτα σαφῶς ἐπιστάμενος καὶ Ἐπίχαρμος ὁ Πυθαγόρειος τούτων μὲν ἁπάντων κελεύει καταφρονεῖν, τὸν δὲ τῶν ὅλων ὀπτῆρα δεδιέναι παρεγγυᾷ. Λέγει δὲ οὕτως,

Οὐδὲν ἐκφεύγει τὸ θεῖον· τοῦτο γινώσκειν σε δεῖ.
αὐτὸς ἔσθ' ἁμῶν ἐπόπτης, ἀδυνατεῖ δ' οὐδὲν θεῷ.

23 Καὶ Δίφιλος δὲ ὁ κωμικὸς, ἀληθῆ φιλοσοφίαν τῇ κωμῳδίᾳ προσμίξας, τάδε φησὶν,

Οἴει σὺ τοὺς θανόντας, ὦ Νικήρατε,
τρυφῆς ἁπάσης μεταλαβόντας ἐν βίῳ,
πεφευγέναι τὸ θεῖον, ὡς λεληθότας;
ἔστι Δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.
Καὶ δὴ καθ' ᾅδην δύο τρίβους νομίζομεν· 89
μίαν μὲν, δικαίων· ἑτέραν δὲ, ἀσεβῶν.

Καὶ μετ' ὀλίγα,

Μηδὲν πλανηθῇς· ἔστι κἂν ᾅδου κρίσις,
ἥνπερ ποιήσει θεὸς ὁ πάντων δεσπότης.

24 Ἐπειδὴ γὰρ οὐχ ἅπαντες οἱ πλημμελοῦντες τῇδε τίνουσι δίκην, οὔτε μὴν οἱ ἀξιόνικοι τῆς ἀρετῆς ἀθληταὶ τὰ τῶν ἀγώνων ἆθλα πάντες πρὸς ἀξίαν ἐνθάδε κομίζονται,

48. διαφεύγει] ἐκφεύγει Clem. Al. V. p. 708. Euseb. Præp. p. 674 B. 51. τάδε] τοιάδε C.Va.
89, 1. καὶ δὴ] καὶ δὴ καὶ C. Tum ᾅδου Sirm. 4. κἂν] ἐν C.

non ut gravia quædam oracula funditarent. Horum omnium probe conscius Epicharmus ille Pythagoreus jubet ea prorsus cuncta contemni. Hortatur autem, illum timeamus qui res omnis prospicit et tuetur. Inquit enim; *Nil effugit Dei manus: hoc nosse oportet firmiter. Ipse nostri inspector est: nihilque non potest Deus.* Diphilus etiam comœdus, veram philosophiam fabulis suis admiscens, ita scriptum reliquit [Clem. Al. V. p. 721.]: *Putasne vita functos, o Nicerate, Omni voluptate fruitos dum viverent, Fugisse numen, ut latentes? protinus Est Juris oculus cuncta acute pervidens. Geminæque sub terra viæ ad manes agunt. Una est piorum, sed malorum est altera.* Pauloque mox idem sic ait; *Jus, ne quid erres, inferis quoque est suum: Quod ille dicet dominus omnium Deus.* Et quæ sequuntur. Quando enim non omnes, qui delinquunt, pœnas apud nos scelerum suorum persolvunt; neque virtutis pugiles dignissimi qui coronentur suorum hic certaminum præmia cuncti pro dignitate accipiunt: jure optimo inquit Diphi-

[καὶ] μάλα εἰκότως οὗτος τὸν πάντα ἐφορῶντα ἐπέδειξεν ὀφθαλμὸν, καὶ τὴν ἐσομένην προηγόρευσε κρίσιν· ἵνα κἀκεῖνα δειμαίνοντες, καὶ τοῦτον ὁρᾷν πιστεύοντες, ἅπαντες τοὺς ἀξιεράστους τῆς ἀρετῆς ἀγῶνας ἀσπάσωνται, καὶ μὴ δυσχεραίνωσι μὴ ὁρῶντες τῶν πόνων
25 τἀπίχειρα. Καὶ Πίνδαρος δὲ ὁ Θηβαῖος, ἐρρῶσθαι φράσας εἱμαρμένῃ καὶ τύχῃ καὶ πεπρωμένῃ, τὴν παναλκῆ δύναμιν τοῦ Θεοῦ διδάσκει τοὺς ἀγνοοῦντας,

Θεῷ γὰρ, φησὶ, δυνατὸν ἐκ μελαίνας
νυκτὸς ἀμίαντον ὄρσαι φάος,
κελαινεφέϊ δὲ σκότει καλύψαι
καθαρὸν ἁμέρας σέλας.

26 Ὁ δέ γε Ἀρίστωνος σαφέστερον ἐπιδείκνυσιν ἡμῖν τῶν ὅλων τὸν πρύτανιν τῶν τοῦ παντὸς οἰάκων ἐπειλημμένον. Λέγει δὲ ταῦτα ἐν τοῖς Νόμοις· Ὁ μὲν δὴ Θεὸς, ὡς καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχὴν καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων, εὐθείᾳ περαίνει, κατὰ φύσιν περιπορευόμενος· τῷ δὲ ἀεὶ ξυνέπεται Δίκη, τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θείου νόμου τιμωρός· ἧς ὁ μὲν εὐδαιμονήσειν

9. [καὶ] om. C. 12. καὶ τοῦτον ὁρᾷν πιστεύοντες om. Va. 13. ἀσπάσωνται] ἀσπάσονται C. 18. ὄρσαι] ὁρίσαι C. 19. κελαινεφέϊ] κελαινεφέει C. 22. ἐπειλημμένον] ἐπιλημμένον C. De seqq. v. Suidas in Πλάτων p. 3003 et sq.

lus esse oculum rerum omnium inspectorem. Jure is quoque divini judicii mentionem fecit, ut mortales suppliciorum metu adducti amanda virtutis certamina ultro cuncti accederent, neque propterea turbarentur quod nulla hic suis officiosis laboribus rependi præmia cernerent. Thebanus etiam Pindarus, Fatum ac Fortunam valere jubens, ignaros docet omnipotentis Dei virtutem. Inquit enim: *Potis est Deus atræ noctis e tenebris purum jubar exserere; potis tetra caligine clarum diei lumen obruere.* Aristonis autem filius Plato manifestius nobis ostendit Deum rebus omnibus præsidentem gubernacula orbis totius manibus continere. Inquit enim suis in Legibus [p. 716 A.]: *Deus itaque, ut antiquus etiam sermo testatur, principium rerum omnium, finem, mediumque complexus, recta transigit secundum naturam, omnia circumlustrans. Juxta autem hunc comes Justitia semper sequitur, ultrix eorum qui a divina lege procul aberrant. Quisquis itaque beatus futurus est, justitiæ*

μέλλων ἐχόμενος ξυνέπεται ταπεινὸς καὶ κεκοσμημένος. Εἰ δέ τις ἐξαρθεὶς ὑπὸ μεγαλαυχίας, ἢ χρήμασιν ἐπαιρόμενος ἢ τιμαῖς ἢ καὶ σώματος εὐμορφίᾳ, ἅμα νεότητι καὶ ἀνοίᾳ, φλέγεται τὴν ψυχὴν μεθ' ὕβρεως, ὡς δή γε οὔτε ἄρχοντος οὔτε αὖ ἡγεμόνος δεόμενος, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις ἱκανὸς ὢν ἡγεῖσθαι, καταλείπεται ἔρημος Θεοῦ· καταλειφθεὶς δὲ, καὶ ἔτι ἄλλους τοιούτους προσλαβὼν, σκιρτᾷ ταράττων ἅμα πάντα, καὶ πολλοῖς τισιν ἔδοξεν εἶναί τις, μετὰ δὲ χρόνον ὑποσχὼν τιμωρίαν οὐ μεμπτὴν τῇ δίκῃ, ἑαυτόν τε
27 καὶ οἶκον καὶ πόλιν ἄρδην ἀνάστατον ἐποίησε. Διὰ τούτων ὁ φιλόσοφος καὶ τὸν τοῦ παντὸς ἔδειξε κηδεμόνα, καὶ τὴν ἐπί τινων ἔσθ' ὅπῃ μακροθυμίαν, καὶ τὴν ἐντεῦθεν τοῖς ἀνοήτοις προσγιγνομένην λώβην, καὶ τὴν
28 εἰς ὕστερον αὐτοῖς ἐπιφερομένην πανωλεθρίαν. Ἐν δέ γε τῷ Γοργίᾳ καὶ τὰς τῆς τιμωρίας αἰτίας δηλοῖ, λέγων ὡδί· Προσήκει δὲ παντὶ τῷ ἐν τιμωρίᾳ ὄντι, ὑπὸ ἄλλου ὀρθῶς τιμωρουμένῳ, [ἢ] βελτίονι γίγνεσθαι [καὶ ὀνίνασθαι·] ἢ παράδειγμα ἄλλοις γίγνεσθαι· ἵν' ἐκεῖνοι ὁρῶντες [πάσχοντα] ἃ ἂν πάσχῃ, φοβούμενοι, βελτίους γίγνωνται.

31. ἀγνοίᾳ] ἀνοίᾳ C. 47. ἢ βελτ.] ἢ om. C. 49. πάσχοι] πάσχῃ C.

inhærescens, humilis ac permodestus eam subsequitur. Si quis vero jactantia elatus, aut evectus pecuniis honoribusve ac pulchra valentis corporis habitudine, tum juventute ac dementia inflammatur animum, non absque contumelia, tamquam nec principe jam nec ductore ullo indigeat, sed qui potis sit ipse alios ducere, desertus a Deo relinquitur. Relictus vero, aliis ejusmodi sibi adjunctis exsultat, omnia simul conturbans: ac multis quidem videtur aliquid esse: post certum vero tempus non culpabilem justitiæ pœnam subiens, et seipsum et domum et civitatem penitus subvertit. Hisce autem verbis Plato nos docet Deum totius mundi curam esse complexum. Tum et nobis ostendit ejus quandoque nonnullis in rebus longanimitatem ac tolerantiam; quodque inde insipientibus damnum proveniat, quæque illis demum pernicies in posterum afferatur. In ipso autem Gorgia hujus quoque supplicii causas nobis exponit. Sic enim inquit [p. 525 A.]: *Congruit autem ei qui in supplicio constitutus est, dum ab alio id supplicium recte patitur, ut vel ipse inde melior fiat, emolumentumque capiat; vel saltem sit ce-*

Εἰσὶ δὲ οἱ μὲν ὠφελούμενοί τε καὶ δίκην διδόντες ὑπὸ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων οὗτοι, οἳ ἂν ἰάσιμα ἁμαρτήματα ἁμαρ- 90
τάνωσιν. Ὅμως δὲ δι' ἀλγηδόνων καὶ ὀδυνῶν γίγνεται αὐτοῖς ἡ ὠφέλεια, καὶ ἐνθάδε, καὶ ἐν ᾅδου· οὐδὲ γὰρ οἷόντε ἄλλως ἀδικίας ἀπαλλάττεσθαι. Οἳ δ' ἂν τὰ ἔσχατα ἀδικήσωσι, καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα ἀδικήματα ἀνίατοι γένωνται, ἐκ τούτων τὰ παραδείγματα γίγνεται· καὶ οὗτοι, αὐτοὶ μὲν οὐκέτι ὀνίνανται οὐδὲν, ἅτε ἀνίατοι ὄντες· ἄλλοι δὲ ὀνίνανται, οἱ τούτους ὁρῶντες διὰ τὰς ἁμαρτίας τὰς μεγίστας καὶ ὀδυνηρότατα καὶ φοβερώτατα [τὰ] πάθη πάσχοντας, καὶ τὸν ἀεὶ χρόνον ἀτεχνῶς παραδείγματα
29 *ἀνηρτημένους.* Ταῦτα δ' ἔοικεν ὁ φιλόσοφος ἐκ τῶν θείων σεσυληκέναι λογίων. Ἤκουσε γὰρ πάντως τίνα Μωϋσῆς ὁ θεσπέσιος εἰρηκέναι ξυνέγραψε τῷ Φαραῷ τὸν Θεὸν, ὅτι, Εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν δύναμίν μου, καὶ ὅπως διαγγελῇ τὸ ὄνομά μου ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Παμπονήρῳ γάρ τοι γεγενημένῳ ἐκείνῳ παντοδαπὰς κολάσεις ἐπήνεγκεν ὁ Θεός· οὐχ ὥστε ἐκεῖ-

51. *οἳ ἂν ἰάσιμα*] *οἳ δ' ἀνιάσιμα* C. 52. *ἁμαρτάνωσιν*] *ἁμαρτάνουσιν* C. 90, 5. *τὰς μεγίστας*] *τὰ μέγιστα* Vb. 10. *τινα*] *τι* Vb. 13. *ἐν σοὶ*] *εἰς σὲ* Sirm.

teris exemplo, ut videntes eum pati quæ patiatur, timore adducti, fiant meliores. Sunt vero qui dum pœnas exsolvunt, ita et ab ipsis diis et ab hominibus utilitatem profectus capiunt; ii videlicet qui sanabile aliquod peccatum expiabileque peccarint; quibus tamen non nisi per dolores et cruciatus et in hac vita et apud inferos utilitas illa contingit. Neque enim aliter possunt ab iniquitate expiari. Qui vero extrema quædam peccata admiserint, atque ob ea insanabiles facti sint, ex hisce hominibus exempla aliis fiunt. Atque hi quidem ex irrogatis suppliciis utilitatem nullam accipiunt, utpote insanabiles: alii tamen inde proficiunt, qui eos vident, ob ea quæ maxima admiserunt peccata, horribiles et acerbissimas pati pœnas, sempiternoque tempore ad manifesta omnibus exempla sublatos esse. Videtur autem philosophus Plato hæc e sacris voluminibus suffuratus. Plane enim, puto, audivit quæ deiloquus Moses conscripsit. Ait enim Pharaoni Deum dixisse; *In hoc ipsum te excitavi, ut ostendam in te potentiam meam, et ut annuncietur nomen meum in universa terra.* Illi enim scelestissimo jam effecto varias Deus ac multiplices pœnas intulit; non ut illum quidem meliorem efficeret, (norat enim du-

νον ἀποφῆναι βελτίονα, (ᾔδει γὰρ αὐτοῦ καὶ τὸν νοῦν ἀντίτυπον, καὶ τὸ πάθος ἀνήκεστον,) ἀλλ' ὅπως τὰ περὶ ἐκείνου διηγήματα πᾶσιν ὠφελείας γένηται παρα-
30 *δείγματα. Καθάπερ γὰρ αἱ πόλεις τρέφουσι τοὺς δημίους, ὥστε τοὺς ἀνδροφόνους καὶ τοιχωρύχους καὶ τοὺς [τὰ] ἄλλα ἅττα παρανομοῦντας διὰ τούτων κολάζειν· οὐκ ἐπαινοῦσαι μὲν αὐτῶν ἀλλὰ καὶ λίαν μισοῦσαι τὴν τοῦ βίου προαίρεσιν, ἀνεχόμεναι δὲ τῆς τούτων ὑπηρεσίας διὰ τὴν χρείαν· οὕτως ὁ [τῆς μεγίστης πόλεως τοῦδε] τοῦ κόσμου πρύτανις, οἷα δημίους τινας γίνεσθαι ξυγχωρεῖ τοὺς τυράννους, ὥστε διὰ τούτων ποινὴν τοὺς ἀσεβοῦντας καὶ παρανομοῦντας εἰσπράττειν· ὕστερον δὲ καὶ τούτους αὐτοὺς παντελεῖ παραδίδωσι τιμωρίᾳ, ἐπειδήπερ οὐχ ὡς Θεῷ διακονοῦντες, ἀλλ' οἰκείᾳ πονηρίᾳ*
31 *δουλεύοντες, τὰ δεινὰ ἐκεῖνα δεδράκασιν. Οὕτως ἡμαρτηκότα τὸν Ἰσραὴλ τῇ τῶν Ἀσσυρίων ὠμότητι παραδέδωκεν· ἐπειδὴ δὲ οὗτοι τῆς τιμωρίας οὐ διέγνωσαν τὸν σκοπὸν, τηνικαῦτα καὶ τούτων καταλύσας τὴν δυναστείαν, ἑτέροις δουλεύειν ἠνάγκασε. Καὶ ταῦτα Ἡσαΐας*

18. *ἀφέλιμα* Va. pro *ὠφελείας.* ib. *παραδείγματα*] *παράδειγμα* C. *παραδείγματος* Va. *παραδείγματι* Vb. 21. [*τὰ*] om. C. 24. *ἀνεχόμεναι*] *ἀναδεχόμεναι* Sirm. 25. [*τῆς—τοῦδε*] om. Va. 26. *γίνεσθαι ξυνεχώρει*] *γενέσθαι ξυγχωρεῖ* C. 32. *δεδράκασιν*] *δεδράχασιν* C. 33. *παραδέδωκεν*] *παρέδωκεν* C.

rissimam ejus mentem, labemque insanabilem) sed ut ea, quæ olim de ipso prædicanda erant, perutilia cunctis exempla fierent. Sicut enim civitates justitiæ ministros et carnifices alunt, per quos et parricidas et latrones et aliis sceleribus delinquentes pœna afficiunt; non laudantes quidem quæ sibi carnifices peragenda munia desumpserunt, sed ad necessarios tamen usus eorum ministeria tolerantes: ita et mundi hujus præsul ac gubernator patitur tyrannos esse ceu quosdam carnifices, ut per eos ab impiis et iniquis hominibus pœnas exigat, mox tamen et eosdem tyrannos exactissimo traditurus supplicio: quandoquidem non ut Dei ministri, sed suæ ipsi malignitati servientes, ea damna hominibus intulerunt. Ita Deus peccantem Israel Assyriorum sævitiæ tradidit puniendum: quia vero et Assyrii causam pœnæ illius non cognoverunt, illorum denique ditionem dissolvens, aliis eos servire co-

καὶ Ἰεζεκιὴλ καὶ πάντες οἱ προφῆται διαρρήδην διδά-
σκουσι· παρ' ὧν, οἶμαι, ὁ Πλάτων τὰς ἀφορμὰς κεκλο-
φὼς ἔφη τοὺς ἀνιάτως διακειμένους εἰς ὠφέλειαν ἑτέρων
32 παιδεύεσθαι. Κἀν τῷ Φιλήβῳ δὲ πάλιν τὸν περὶ τῆς
προνοίας ἐκράτυνε λόγον· Πάντες γάρ, φησι, ξυμφωνοῦ-
σιν οἱ σοφοί, ὄντως ἑαυτοὺς σεμνύνοντες, ὡς νοῦς ἐστι βασι-
λεὺς ἡμῖν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς. Καὶ ἴσως εὖ λέγουσι. Διὰ
σμικροτέρων δέ, εἰ βούλει, τὴν ἐπίσκεψιν αὐτοῦ τοῦ γένους
ποιησώμεθα. Εἶτα ξυλλογισμοῖς παμπόλλοις χρησάμε-
νος, ἐπήγαγε ταῦτα· Βούλει δὲ καὶ ἡμεῖς τοῖς πρόσθεν
ὡμολογημένοις ξυμφήσωμεν, ὡς ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ μὴ
μόνον οἰώμεθα δεῖν τὰ ἀλλότρια ἄνευ κινδύνου λέγειν, ἀλλὰ
καὶ ξυγκινδυνεύσωμεν καὶ μετασχῶμεν τοῦ ψόγου, ὅταν
33 ἀνὴρ δεινὸς φῇ ταῦτα μὴ οὕτως, ἀλλ' ἀτάκτως ἔχειν; Καὶ
ἑτέροις δὲ πλείστοις λόγοις χρησάμενος, καὶ ταῦτα προσ-
τέθεικεν· Οὐκοῦν εἰ μὴ τοῦτο, μετ' ἐκείνου τοῦ λόγου ἂν
ἑπόμενοι βέλτιον λέγοιμεν, ὡς ἔστιν, ὃ πολλάκις εἰρήκαμεν, 91
ἄπειρόν τε ἐν τῷ παντὶ πολύ, καὶ πέρας ἱκανόν· καί τις ἐπ'

45. βούλει] βούλῃ C. 49. ξυμφήσωμεν] ξυμφήσομεν C. ξυμφωνήσωμεν Sirm.
91, 1. ὁ πολλάκις] ὡς πολλάκις B.

egit. Esaias enim et Ezechiel, omnesque prophetæ, apertissime hæc nos docent ; a quibus, ut opinor, Plato scribendi occasionem surripiens, ait eos, qui jam insanabiles facti sunt, erudiri ad aliorum utilitatem. Iterum vero et in Philebo idem Plato rationem providentiæ confirmavit [p. 28 C.] : *Omnes enim*, inquit, *sapientes consentiunt, vere hac in re sese ipsos honestantes, intellectum esse regem cæli ac terræ : ac fortasse bene aiunt. Minutius autem, si vis, ipsum genus inspiciamus.* Tum quamplurimis syllogismis usus, hæc addidit : *Visne ut et nos ratis jam positionibus et comprobatis assentiamur, quod videlicet hæc ita se habent. Neque solum putemus, quæ diversa sint, sine periculo a nobis dici non posse ; verum esse nobis commune periculum subeundum ; consortesque infamiæ nos futuros, quotiescumque acer homo ac vehemens dicat non ita hæc esse, verum potius tumultuarie se habere.* Plurimis vero aliis rationibus et hæc addidit ; *Itaque nisi hoc est, illam sequentes rationem melius utique diceremus; esse videlicet, quod sæpe jam diximus, infinitum in universo, multum sane, et finem maximum;*

αὐτοῖς αἰτία οὐ φαύλη, κοσμοῦσά τε καὶ ξυνάπτουσα ἐνιαυτούς τε καὶ μῆνας καὶ ὥρας, σοφία καὶ νοῦς λεγομένη. Καὶ ταῦτα δὲ ἐκ τῶν Ἑβραϊκῶν ναμάτων ἀρυσάμενος ἔχει. Ἐκεῖνα γὰρ διδάσκει σαφῶς, ὡς ὁ Θεὸς ἐθεμελίωσε τῇ σοφίᾳ τὴν γῆν, ἡτοίμασε δὲ οὐρανοὺς ἐν φρο-
34 νήσει, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τούτων ἀκόλουθα. Ἐν δέ γε τοῖς Νόμοις οὗτος αὐτὸς ὁ φιλόσοφος καὶ διαιρεῖ τῶν ἀγαθῶν τὴν φύσιν, καὶ δείκνυσι τὰ μὲν, ἀνθρώπινα· τὰ δὲ, θεῖα. Λέγει δὲ οὕτως· *Διττὰ δὲ ἀγαθά ἐστι· τὰ μὲν, ἀνθρώπινα· τὰ δὲ, θεῖα. ἤρτηται δὲ ἐκ τῶν θείων θάτερα· κἂν μὲν δέξηταί τις τὰ μείζονα, κτᾶται καὶ τὰ ἐλάττονα· εἰ δὲ μὴ, στέρεται ἀμφοῖν. Ἔστι δὲ τὰ μὲν ἐλάττονα, ὧν ἡγεῖται ὑγεία· κάλλος δὲ, δεύτερον· τὸ δὲ τρίτον, ἰσχὺς εἴς τε δρόμον εἴς τε τὰς ἄλλας ἁπάσας κινήσεις τῷ σώματι· τὸ δὲ τέταρτον, πλοῦτος, οὐ τυφλὸς, ἀλλ' ὀξὺ βλέπων, ἄν περ ἕπηται φρονήσει. Ὃ δὲ πρῶτον τῶν θείων ἡγεμονοῦν ἐστιν ἀγαθῶν, ἡ φρόνησις· δεύτερον δὲ, μετὰ νοῦ*

3. ξυνάπτουσα ἐν. τε καὶ B. in marg. 7. ἐθεμελίωσε τῇ σοφίᾳ] τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε B. 15. ἐλάττονα] ἐλάσσονα B. Mox στερεῖται C. 17. εἴτε B. 19. τέταρτον δὲ] τὸ δὲ τέταρτον B. 20. ἄνπερ ἕπηται] ἂν παρέπηται C. ἄνπερ ἅμ' ἕπ. Vb. 21. ἀγαθῶν] ἀγαθὸν C.

quandamque ipsis incubare non contemnendam causam, quæ ornat connectitque annos, menses, et horas, quæque sapientia et intellectus nuncupatur. Hæc autem, sicut pleraque alia, de fluentis Hebraicis Plato hausit. Illa siquidem manifeste nos docent Deum sapientia terram fundasse, ac præparasse cælos in intellectu. In suis quoque Legibus idem Plato dividit naturam bonorum, ostenditque alia quidem esse divina, alia vero humana. Sic enim inquit [p. 631 B]: *Duplex est bonorum natura. Sunt enim alia quidem divina, alia vero humana. Pendent autem humana e divinis. Si quis igitur ea possideat bona quæ majora sunt, possidet continuo et minora: sin vero non, privatur utrisque. Sunt autem minora bona, quorum primo loco ponenda est sanitas: secundo, est pulchritudo: tertio autem, corporis robur atque agilitas ad cursum motusque alios corpori congruentes. Quarto autem loco ponendus est Pluto; non ille quem nonnulli cæcum depingunt, sed oculatissimus atque acutissimum videns, modo ducem prudentiam subsequatur. Divinorum autem bonorum jure primum est ac ceteris ducem se exhibens, ipsa Prudentia. Secundum vero locum sibi vindicat, una cum intellectu,*

σώφρων ψυχῆς ἕξις· ἐκ δὲ τούτων μετὰ ἀνδρείας κραθέντων τρίτον ἂν εἴη δικαιοσύνη· τέταρτον δὲ, ἀνδρεία. Ταῦτα δὲ πάντα ἐκείνων ἔμπροσθεν τέτακται φύσει· καὶ δὴ τῷ νομοθέτῃ τακτέον οὕτως. Μετὰ δὲ ταῦτα, τὰς ἄλλας προστάξεις τοῖς πολίταις εἰς ταῦτα βλεπούσας αὐτοῖς εἶναι διακελευστέον. Τούτων δὲ τὰ μὲν ἀνθρώπινα, εἰς τὰ θεῖα, τὰ δὲ θεῖα, εἰς τὸν ἡγεμόνα νοῦν ξύμπαντα βλέπει.

Εἶτα διδάσκει διὰ πλειόνων, ὡς φύσει μὲν ἀγαθὸν ἀρετὴ μόνη· τὰ δὲ ἄλλα ὁμωνύμως καλεῖται, ὀνόματος μόνου μετέχοντα· Τὰ γὰρ ὑπὸ τῶν πολλῶν, φησὶ, λεγόμενα ἀγαθὰ οὐκ ὀρθῶς λέγεται. Λέγεται γὰρ, ὡς ἄριστον μὲν, ὑγιαίνειν· δεύτερον δὲ, κάλλος· τρίτον δὲ, πλοῦτος. Καὶ ἕτερα δὲ μυρία ἀγαθὰ λέγεται. Καὶ γὰρ ὀξὺ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν, καὶ πάντα ὅσα ἔχεται τῶν αἰσθήσεων εὐαισθήτως ἔχειν, ἔτι δὲ καὶ τὸ ποιεῖν τυραννοῦντα ὅτι ἂν ἐπιθυμῇ, καὶ τὸ μὲν τέλος πάσης μακαριότητος εἶναι, τὸ πάντα ταῦτα κεκτημένον ἀθάνατον εἶναι γενόμενον ὅτι τάχιστα. Ὑμεῖς δὲ καὶ ἐγώ πῃ τάδε λέγομεν, ὡς ταῦτά ἐστι ξύμπαντα

24. ἀνδρεία] ἀνδρία B. et supra ἀνδρίας. 26. ταῦτα om. C. 27. ταῦτα] ταύτας B.Va. 32. ὁμονυμῶς B. Mox μόνον C. 40. εἶναι] εἰς B. εἰ C.

animæ temperatus habitus. Ex hisce autem cum fortitudine admixtis, tertium bonum erit Justitia: quartum autem, fortitudo. Hæc autem omnia natura sunt priora illis: atque legumlatori ita disponendum est. Post hæc autem alia civibus præcepta, quæ in hæc tendant, præcipienda esse censeo. Horum itaque bonorum quæ humana sunt spectant in divina: quæ vero sunt divina, in principem ducemque intellectum omnia respiciunt. Tum pluribus verbis Plato nos docet natura bonum solam esse virtutem; alia vero bona æquivoce bona dici, solo nomine participia. Inquit enim [p. 661.]: *Quæ multi bona appellant, nequaquam recte vocantur bona. Vulgo enim fertur optimum bonorum esse bonam valitudinem; secundo loco, pulchritudinem in bonis esse: tertio autem loco, divitias. Alia quoque innumera vocantur bona. Nam acuto visu acutoque auditu præditum esse, aliisque sensibus uti sine impedimento posse; præterea in dominatione exercenda compotem esse quempiam faciendi quæcumque appetat; bona hæc multi appellant. Finem denique omnis beatitudinis esse aiunt, ut, qui hæc omnia possidet, fiat quam ocissime possit immortalis. Vos autem, atque ipse adeo vobiscum, ita ferme sentien-*

δικαίοις μὲν καὶ ὁσίοις ἀνδράσιν ἄριστα κτήματα, ἀδίκοις
δὲ κάκιστα ξύμπαντα, ἀρξάμενα ἀπὸ τῆς ὑγιείας. Καὶ
δὴ καὶ τὸ ὁρᾶν καὶ τὸ ἀκούειν καὶ τὸ αἰσθάνεσθαι καὶ τὸ
παράπαν ζῆν μέγιστον μὲν κακὸν τὸν ξύμπαντα χρόνον
ἀθάνατον ὄντα, κεκτημένον πάντα τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ,
πλὴν δικαιοσύνης τε καὶ ἀρετῆς ἁπάσης· ἔλαττον δὲ, ὡς
36 ἂν ὀλίγιστον ὁ τοιοῦτος χρόνον ἐπιζῴη. Καὶ μετ' ὀλίγα·
Ἐγὼ μὲν γὰρ λέγω σαφῶς τὰ μὲν κακὰ λεγόμενα
ἀγαθὰ τοῖς δικαίοις εἶναι, τοῖς δὲ ἀδίκοις [εἶναι] κακά· 92
τὰ δὲ ἀγαθὰ, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ἀγαθὰ, τοῖς δὲ κακοῖς
κακά. Κἀγὼ δὲ κομιδῇ τήνδε ἄγαμαι τὴν διαίρεσιν.
Μέγιστον γὰρ ἀληθῶς ἀγαθὸν τό γε εἰδέναι τί μὲν
κυρίως ἀγαθὸν, τί δὲ τοῦτο λέγεται μὲν, γίγνεται δὲ πῇ
μὲν τοιοῦτο, πῇ δὲ τοὐναντίον, ὑπὸ τῶν ἢ εὖ καὶ καλῶς
37 μετιόντων, ἢ τὴν ἐναντίαν γνώμην ἀσπαζομένων. Καὶ
γὰρ ὑγίεια, καὶ κάλλος, καὶ ῥώμη σώματος, καὶ μέντοι καὶ
πλοῦτος, τοὺς μὲν ὤνησέ τε καὶ ἔδειξε τῶν κτημάτων
ἀξίους, τοῖς δὲ ὄργανα πονηρίας καὶ ἀκρασίας ἐγένετο.

46. δὴ καὶ] καὶ om. C. 48. κεκτημένον] τεκτηνάμενον C. 49. τε καὶ] τε om. B.

92, 1. [εἶναι] om. B. 7. τοιοῦτο] τοιοῦτον Sirm. 9. ῥώμη καὶ κάλλος] κάλλος καὶ ῥώμη B.C.

dum dico; esse videlicet harum omnium rerum usum justis sanctisque hominibus multo optimum; injustis vero esse quam pessimum; ut a bona valitudine incipientes cetera prosequamur. Nam videre, audire, ceterisque uti sensibus, ac longissimum vivere, maximum quidem malum est ei qui per omne tempus sit immortalis, exceptaque justitia, omnique demum virtute, cuncta ea quæ vocantur bona possideat. Minus autem mali ei contingit, si quamminimum tempus in vita fuerit. Pauloque mox idem Plato hæc addit: *Ego quidem dico, quæ vocantur mala, justis quidem hominibus bona esse, injustis autem mala: quæ vero bona dicuntur, justis quidem bona contingere, malis autem hominibus mala esse.* Ego quoque, ut verum fatear, hanc bonorum divisionem valde laudo, plurimumque admiror. Maximum est enim profecto bonum, scire quidnam proprie vereque sit bonum; quid item bonum quidem dicatur, fiat autem alicubi quidem bonum, alicubi vero malum, apud eos qui bene pulchreque utuntur, vel qui abutendi mentem consiliumque sectantur. Sanitas enim, robur corporis, pulchritudo, divitiæ, aliis quidem profuere, quos et dignissimos earum rerum possessione

Σωφροσύνη δὲ καὶ δικαιοσύνη, καὶ τἄλλα ὅσα τούτοις παραπλήσια, τῆς ψυχῆς ἐστι κτήματα, ἃ πᾶσίν ἐστι τοῖς ἔχουσιν ὀνησιφόρα, καὶ οὐδένα σίνεται τῶν κεκτημένων. Τοῖς δὲ τοιούτοις καὶ τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ ξύμφορα κτήματα· δικαίων γὰρ καὶ σωφρόνων οἰκονόμων τυγχάνει. Τὰ δέ γε διὰ τούτων ἄριστα γιγνόμενα κάκιστα φαίνεται, πονηροῖς περιπεσόντα καὶ παρανόμοις· καὶ γὰρ ὁρῶσιν ἃ μὴ δεῖ, καὶ ἀκούουσιν ὧν οὐ δεῖ, καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις εἰς ἀκολασίαν παιδεύουσι.

38 *Μὴ τοίνυν, ὦ φίλοι ἄνδρες, συγχέωμεν τῶν πραγμάτων τὰς φύσεις, ἀλλὰ διαγνῶμεν τί μὲν ἀληθῶς ἀγαθὸν, τί δὲ κακὸν, τί δέ γε τὴν μέσην τούτων κἀκείνων εἴληχε τάξιν· καὶ μὴ καλῶμεν εὐδαίμονας τοὺς πλουτοῦντας καὶ ῥωμαλέους καὶ δυναστείαν περιβεβλημένους τινα· κακοδαίμονας γὰρ ἀληθῶς καὶ τρισαθλίους προσαγορεύειν προσήκει τοὺς τούτων μὲν μετειληχότας, ὕλην*
39 *δὲ ἀποφήναντας αὐτὰ κακίας καὶ πονηρίας. Ὅταν οὖν ἴδωμεν παμπόνηρον ἄνθρωπον πλούτῳ περιρρεόμενον,*

14. *καὶ ἅπασιν*] *ἃ πᾶσιν* B.Va. 29. *τοιούτων*] *τούτων* B.Va. 31. *ἐπερειδόμενον*] *περιρρεόμενον* B. *ἐπερειδόμενον* C. cum *γρ. περιρεόμενον* in marg. et mox *ὀνομάζομεν*. *περιρρεόμενον* Va. *ἐπερειδόμενον* Vb.

ostenderunt: aliis vero malitiæ instrumenta incontinentiæque fuerunt. Temperantia vero ac justitia, ceteraque his similia, pertinent ad animæ solius possessionem, suntque habentibus cunctis valde utilia, nihilque damni possidentibus afferunt. Talibus itaque hominibus etiam illa quæ vulgo appellantur bona, perquam utilia esse contingit. Justi enim temperatique homines illis utuntur. Quæ igitur ex talium virorum bono usu fiunt quam optima, videntur esse tunc pessima cum injustis malisque possessoribus ea contingunt. Etenim ea visu atque auditu percipiunt, quæ videnda prorsus atque audienda non sunt; sensusque item ceteros in omni lascivia incontinentiaque erudiunt.

Ne itaque, amici homines, confundamus rerum naturam; sed dispiciamus quid vere quidem bonum, quid autem sit malum, quidque illud sit quod medio inter utrumque loco positum est: neque beatos vocemus divites, nec robustos, neque eos qui potestate aliqua circummuniti sunt. Infelices enim profecto ac miserrimos appellari eos decet, qui ejusmodi naturæ muneribus prædití utuntur eis tamquam materia scelerum. Quotiescumque igitur pessimum hominem viderimus undi-

μὴ τρισόλβιον ὀνομάζωμεν, ἀλλὰ δείλαιον, ὅτι τοῦ παρανόμως βιοῦν ἔχει πολλὰς ἀφορμάς· καὶ ὅταν ἕτερον ἐπιεικῆ εἶναι δοκοῦντα θεασώμεθα δυσκληρίᾳ τινὶ καὶ πενίᾳ ξυνεζευγμένον, μήτε ἄθλιον ὑπολάβωμεν, μήτε
40 ἄδικον τὴν τοῦ Θεοῦ προμήθειαν νομίσωμεν. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐ πάντως τῷ ὄντι δίκαιος ὁ δοκῶν εἶναι δίκαιος· ἑτέρως γὰρ καὶ ταῦτα ὁρᾷ καὶ διακρίνει ὁ πάντα γε ὁρῶν ὀφθαλμός. Καὶ τοῦτο Σαμουὴλ τὸν προφήτην αὐτὸς ἐδίδαξεν ὁ τῶν πάντων ὀπτήρ· Οὐχ ὡς ἄνθρωπος γάρ, φησιν, ὁρᾷ, οὕτως ὁρᾷ ὁ Θεός· ἄνθρωπος
41 μὲν γὰρ εἰς πρόσωπον, ὁ δὲ Θεὸς εἰς καρδίαν. Ἵνα δὲ καὶ θῶμεν ἀληθῶς εἶναι δίκαιον τὸν δυσποτμίᾳ τινὶ κατεχόμενον, ἐκεῖνό γε πᾶσιν ἐπίδηλον ὡς οὐδεμίαν ἐκ τῆς δυσημερίας εἰσδέξεται βλάβην, φέρειν ὡς ἀρετῆς ἀθλητὴς πεπαιδευμένος τὰ δυσχερῆ. Ὥσπερ γὰρ οἱ πονηρίᾳ συζῶντες καὶ τὰ καλούμενα ἀγαθὰ πονηρίας ἀποφαίνουσιν ὄργανα, οὕτως οἱ τῆς ἀρετῆς ἐρῶντες καὶ τὰ κακὰ νομιζόμενα φιλοσοφίας τῆς ἀληθοῦς κατασκευά-

41. ὅλων] πάντων B. ib. ὀπτήρ] πατήρ C. 43. θεὸς δὲ] ὁ δὲ θεὸς B. 46. φέρων—παιδευόμενος] φέρειν—πεπαιδευμένος B.C. πεπαιδευμένος Va. παιδευόμενος Vb.

que affluentem divitiis opibusque suffultum, ne quæso hunc beatissimum nuncupemus, sed infelicem censeamus, quod ei multæ sint ad inique vivendum occasiones oblatæ. Contra vero, si quem videamus qui probus homo existimetur, sed qui tamen inopia rerumque difficultate circumventus sit, ne propterea hunc esse miserum opinemur, neque injustam Dei providentiam censeamus. Primo enim non utique vere justus est, quicumque justus existimatur. Aliter enim ac nos hæc etiam videt oculus ille qui omnia contuetur: ipsumque hoc est quod Samuelem prophetam universorum docuit Deus inspector: *Non sicut videt homo, ita videt et Deus: homo enim faciem videt, Deus autem cor.* Ut autem ponamus vere justum hominem gravi aliquo infortunio detineri; illud tamen omnibus plane constabit, nullum ei insigne detrimentum ex eo infortunio adventurum. Docte enim ac perprudenter adversas res feret, tamquam sit virtutis athleta fortissimus. Sicut enim ii qui perdite vitam ducunt etiam illa quæ vocantur bona instrumenta sibi ad nequitiam esse ostendunt; ita et amatores virtutis ea quæ vulgo putantur mala instituunt sibi materiam esse ad veram philosophiam.

42 ζουσιν ὕλας. Οὕτω δὴ τούτων ἕκαστον διακρίνοντες, οὔποτε τὸν Θεὸν ἄδικον ὀνομάσομεν, ἀλλὰ ξυνομολογήσομεν ὀρθῶς ἔχειν ἅπερ ὁ Πλάτων ἐν τῷ Θεαιτήτῳ ξυνέγραψεν· Ὅτι ὁ Θεὸς οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἄδικος, ἀλλ᾽ ὡς οἷόν τε δικαιότατος· καὶ οὐκ ἔστιν ὁμοιότερον οὐδὲν, ἢ ὃς ἂν ἡμῶν γένηται ὅτι δικαιότατος περὶ τοῦτο. Πάλιν δὲ κἀν τῷ δεκάτῳ τῶν Νόμων ἰᾶσθαι πειρᾶται τοὺς τῆς θείας προνοίας οὐ προσιεμένους τὸν λόγον. Λέγει δὲ ταῦτα· 93

43 Τὸν δὲ ἡγούμενον θεοὺς μὲν εἶναι, μὴ φροντίζειν δὲ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, παραμυθητέον ὧδε· ὦ ἄριστε, δὴ φῶμεν, ὅτι μὲν ἡγῇ θεοὺς εἶναι, ξυγγένειά τις θεία πρὸς τὸ ξύμφυτόν σε ἄγει τιμᾶν καὶ νομίζειν εἶναι· κακῶν δ᾽ ἀνθρώπων καὶ ἀδίκων τύχαι, ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ, ἀληθείᾳ μὲν οὐκ εὐδαίμονες, δόξῃ δὲ εὐδαιμονιζόμεναι σφόδρα, ἀλλ᾽

44 οὐκ ἐμμελῶς ἄγουσί σε πρὸς ἀσέβειαν. Εἶτα διεξελθὼν τὴν νομιζομένην τῶν ἀδίκων εὐκληρίαν, ἐπιφέρει καὶ ταῦτα· Ἀλλ᾽ οὐδὲν τάχα ἂν εἴη χαλεπὸν ἐνδείξασθαι τοῦτό γε, ὡς ἐπιμελεῖς σμικρῶν εἰσιν οἱ θεοὶ οὐκ ἧττον, μᾶλλον

93, 9. τὸν δὲ ἡγούμενον] τὸν διηγούμενον B. omisso mox μέν. 10. ἀνθρωπίνων] ἀνθρωπείων B. 11. Δημοφῶν] δὴ φῶμεν C. cum Plat. et Euseb. 14. τε καὶ] τε om. B. 20. ἐπιμελεῖς] ἐπιμελήσει B. qui mox om. οἱ.

Hoc itaque pacto singula discernentes, numquam profecto injustum esse Deum dicemus, sed recte potius se habere quæ Platoni in Theæteto conscripta sunt [p. 176 B.] : *Deum videlicet nullo modo injustum esse, sed, quam maxime possit, esse justissimum, nihilque illi esse similius, quam qui nostrum fiat multo justissimus.* Plato etiam in decimo Legum libro sanare illos aggreditur qui rationem divinæ providentiæ non admittunt. Sic enim ait [p. 899 E.] : *Qui vero deos quidem esse existimet, curam vero humanarum rerum nullam habere, hac consolatione curandus est, o optime Demophon. Quod deos esse existimes, divina te quædam agit cognatio, ut tibi insitum colas, atque esse opineris. Malorum vero hominum injustorumque fortunæ, tum privatæ tum publicæ, quæ reipsa beatæ non sunt, opinione autem beatæ admodum habentur, quamquam indecenter ac fatue, ducunt te ad impietatem.* Tum vero percurrens apparentem existimatamque injustorum hominum prosperitatem, hæc ita superioribus addidit : *Nequaquam vero fortasse hoc difficile*

δὲ ἢ τῶν μεγέθει διαφερόντων. Ἤκουε γάρ που καὶ παρῆν τοῖς νῦν δὴ λεγομένοις, ὡς ἀγαθοί γε ὄντες πᾶσαν ἀρετὴν τὴν ἁπάντων ἐπιμέλειαν, οἰκειοτάτην αὐτῶν οὖσαν, κέκτηνται.
45 Εἶτα ξυλλογισμοῖς κρατύνας τὸν λόγον, ἐπήγαγε· Μὴ τοίνυν τὸν θεὸν ἀξιῶμέν ποτε θνητῶν δημιουργῶν φαυλότερον, εἰ τὰ προσήκοντα αὐτοῖς ἔργα, ὅσῳπερ ἂν ἀμείνους ὦσι, τοσούτῳ ἀκριβέστερα καὶ τελεώτερα μιᾷ τέχνῃ σμικρὰ καὶ μεγάλα ἀπεργάζονται· τὸν δὲ θεόν, ὄντα τε σοφόν, βουλόμενόν τε ἐπιμελεῖσθαι, δυνατὸν εἶναι· καὶ δυνάμενον μέν, ῥᾷον ἐπιμεληθῆναι· σμικρῶν δὲ ὄντων μηδαμῇ ἐπιμελεῖσθαι δυνατὸν εἶναι, καθάπερ ἀργὸν ἢ δειλόν τινα διὰ πόνους ῥαθυ-
46 μοῦντα. Ἔπειτα ἐπιφέρει· Μηδαμῶς δόξαν τοιαύτην περὶ θεοῦ, ὦ ξένε, ἀποδεχώμεθα· οὐδαμῇ γὰρ οὔτε ὅσιον οὔτε ἀληθὲς τὸ διανόημα διανοοῖτ' ἄν. Καὶ πάλιν μετ' ὀλίγα· Πᾶς γὰρ ἰατρός, καὶ πᾶς ἔντεχνος δημιουργός, παντὸς μὲν ἕνεκα πάντα ἐργάζεται πρὸς τὸ κοινῇ ξυντεῖνον βέλτιον·

22. ἤκουσι γὰρ καὶ πάρεισι τοῖς νῦν διαλεγομένοις] ἤκουε γάρ που καὶ παρῆν τοῖς νῦν δὴ λεγ. B. γρ. ἤκουεν γάρ που καὶ παρῆν δὴ λεγομένοις C. in marg. a p. m. 23. ἀγαθοὶ] ἀγαθὸν B. 35. ἔπειτα] ἔπειτα δὲ B. 36. περὶ] ἐπὶ B. 37. δεχώμεθα] δεχόμεθα C. 39. πᾶς γὰρ] πᾶς μὲν C.

ostensu erit, curare deos videlicet etiam quæ pusilla sunt : neque minus hæc curare, immo autem magis, quam quæ egregie magna sunt. Huc enim veniunt atque hic intersunt nunc mutuo colloquentibus, affirmantibusque quod cum boni sint omni genere virtutis, rerum omnium curam velut maxime propriam sibi vindicant. Tum et syllogismis hanc rationem confirmans, ita subjungit [p. 902 E.]: *Ne itaque opinemur Deum esse opificem mortalibus inferiorem, qui convenientia sibi opera, quanto ipsi sunt meliores, tanto exactius perfectiusque, una eademque arte, tum magna, tum pusilla, conficiunt. Deum vero quis putet, cum sit idem sapiens, velitque ac possit curare omnia, posse quidem facilius ea curare quæ magna sunt; quæ vero sunt exigua, ullo modo curare non posse? quasi nobis inertem quendam ac desidem proponamus, qui propter nimiam vim laborum timide subsidat, reficique per otium velit.* Tum et hæc amplius ita addit: *Nullo pacto, amice, hanc de Deo admittamus opinionem. Neque enim sanctam, neque veram, nostro animo sententiam versaremus.* Pauloque mox; *Omnis enim medicus, omnisque peritus artifex, universi gratia cuncta operatur, ad id respiciens quod commune sit bonum. Partem itaque totius gratia peragit, nequa-*

μέρος μὲν εἵνεκεν ὅλου, καὶ οὐχ ὅλον εἵνεκεν μέρους ἀπεργάζεται· σὺ δ' ἀγανακτεῖς ἀγνοῶν ὅπῃ τὸ περὶ σὲ ἄριστον τῷ παντὶ ξυμβαίνει. Καὶ μετὰ πλείστους λόγων ἑλιγμοὺς
47 ἐπήγαγεν· Ὁ αὐτὸς δὲ λόγος σοι καὶ περὶ ἐκείνων ἂν εἴη, τῶν οὓς σὺ κατιδὼν ἐκ σμικρῶν μεγάλους γεγονότας ἀνοσιουργήσαντας, ἤ τι τοιοῦτον πράξαντας, ᾠήθης ἐξ ἀθλίων εὐδαίμονας γεγονέναι, καὶ ὡς ἐν κατόπτροις αὐτῶν ταῖς πράξεσιν ἡγήσω καθεορακέναι τὴν πάντων ἀμέλειαν θεῶν, οὐκ εἰδὼς αὐτῶν τὴν ξυντέλειαν, ὅπῃ ποτε τῷ παντὶ ξυμ-
48 βάλλεται. Διὰ δὴ τούτων ἁπάντων καὶ τῆς προνοίας
τὸ δίκαιον ἔδειξε, καὶ ὡς ἕκαστον τῶν γιγνομένων τῷ 94
παντὶ καθέστηκε ξύμφορον. Οὐ γὰρ τοῦ σμικροτάτου γε μορίου χάριν τὸ ὅλον γεγένηται, ἀλλὰ τὰ μόρια ξυμπληροῖ τὴν τοῦ παντὸς ἁρμονίαν· οὐδὲ διὰ μίαν δακτύλου ἑνὸς σκυταλίδα ὅλον διεπλάσθη τὸ σῶμα, ἀλλὰ διὰ τὸ σῶμα καὶ οἱ δάκτυλοι καὶ αἱ τούτων ξυνηρμόσθησαν σκυταλίδες.

45. ἑλιγμοὺς] ἐλεγμοὺς C.Va. 46. σοι καὶ] σοι om. C. 48. τοιοῦτον] τοιοῦτο B. 49. ἐξ] τὲξ B. 50. καθεωρακέναι] καθεορακέναι B. 52. ὅπῃ ποτε] ὅπῃ πώποτε B.C.Va. 53. δὴ] δὲ B.
94, 2. ξυμφέρον] ξύμφορον B.C. 5. δακτύλου ἑνὸς] ἑνὸς δακτύλου B. ib. διεπλάσθη] διεσπάσθη B. 6. ἀλλὰ διὰ τὸ σῶμα om. C.Va. In Vb. ἀλλὰ διὰ τὸ ὅλον σῶμα.

quam vero totum partis ergo. Tu vero indignaris, cum minime scias quonam pacto id quod est circa te optimum toti conveniat. Rursusque post multa rationum verborumque involucra ita subsequitur [p. 905.] : *Eadem vero tibi ratio et de illis erit quos cum videas e pusillis auctos nunc esse amplissimosque effectos, quamvis et impietatis et aliorum scelerum sibi conscii sint, tamen eos putasti ex infelicibus ac miseris beatos evasisse, atque in illorum fortunis atque successibus existimasti te veluti quibusdam in speculis deorum securitatem ac negligentiam perspexisse: cum tamen nescias earum rerum finem, absolutamque perfectionem, hoc est, quænam inde universo sit perventura utilitas.* Hisce autem omnibus suis dictis et providentiæ jus Plato nobis ostendit, et quonam pacto singula quæ fiunt universo conducant. Neque enim totum est exiguæ portionis causa, sed particulæ potius universi complent harmoniam. Neque ob unius digiti particulam corpus universum plas-

PYTHAGORAN illum Samium, cujus apud vos est celeberrimum nomen, dixisse aiunt qui illius vitam memoriæ prodiderunt, esse Musas Sirenibus præferendas. Ego autem, si mos illi fuisset explicito ac manifesto sermone uti, quali videlicet complures philosophi usi sunt, affirmarem utique illum, ut idiotam hominem, altiorisque ullius rei minime conscium, Musarum cantus ac vocem Sirenibus prætulisse. Quia vero sunt illius dicta griphis ænigmatisque abstrusa, scopulorum modo qui marinis fluctibus occultantur: (per symbola enim sua ille monita proponebat, qualia videlicet ea sunt; *Gladio ignem ne fodicato; Neve modio insideto; Neve caudatrum comedito: Stateram ne transilito;* et quæ sunt generis ejusdem) idcirco illum puto comptos lepidosque sermones Sirenibus opinatum esse persimiles; Musis vero, qui nihil inducti decoris fucique præferentes nudam veritatis formam ostendunt.

σεως ὥρα τῆς ὑπὸ κομμωτικῆς τέχνης διεσκευασμένης ἀμείνων, τοσούτῳ κρείττων τῆς τῶν λόγων εὐεπίας τε
2 καὶ δεινότητος ἡ τῆς ἀληθείας εὐπρέπεια. Πιστευτέον οὖν ἄρα, ὦ ἄνδρες, εἰ καὶ μὴ ἄλλῳ, τῷ γοῦν πολυθρυλήτῳ φιλοσόφῳ ταῦτα νομοθετοῦντι, καὶ τὰ θεῖα λόγια μὴ παροπτέα νομίζειν, ὅτι δὴ τῷ περιττῷ τῶν λόγων οὐ κατακέχρηνται φύσει, ἀλλὰ γυμνὸν ἡμῖν προσφέρουσι καὶ ἀποστίλβον τῆς ἀληθείας τὸ κάλλος. Εὐπετὲς μὲν γὰρ ἦν καὶ μάλα ῥᾴδιον τῇ τῆς σοφίας πηγῇ, ᾗ καὶ δυσσεβέσιν ἀνθρώποις τὴν καλουμένην εὐστομίαν δεδώρηται, καὶ Πλάτωνος εὐγλωττοτέρους, καὶ δεινοτέρους Δημοσθένους, καὶ ὄγκῳ τὸν Ὀλόρου κατακρύπτοντας, καὶ τὸν Νικομάχου καὶ Χρύσιππον τοῖς τῶν ξυλλογισμῶν ἀλύτοις ἢ δυσλύτοις [δεσμοῖς,] ἀποφῆναι τῆς
3 ἀληθείας τοὺς κήρυκας. Ἀλλ᾽ οὐκ ἐβουλήθη πέντε, ἢ δέκα, ἢ πεντεκαίδεκα, ἢ ἑκατὸν, ἢ δὶς τοσούτους, τῶν σωτηρίων ἀπολαῦσαι ναμάτων, ἀλλὰ πάντας ἀνθρώπους, καὶ Ἕλληνας, καὶ βαρβάρους, καὶ τοὺς λόγοις ἐν-

35. ἀμείνων] ἀμείνω C. 36. κρείττων] κρείττω] C. ib. εὐεπίας] εὐεπείας B. 37. πιστευτέον οὖν] πιστεύειν οὖν δεῖ Vb. 43. μὲν om. B.Va. 48. [δεσμοῖς] om. B. [ἢ δυσλύτοις] om. C. 49. ἐβουλήθη] ἠβουλήθη B. 50. ἢ ἑκατὸν suprasc. B.

Quanto enim ingenua pulchritudo potior est ea quam fucus artis mangonicæ medicavit, tanto est melior simplex ille veritatis decor, acri oratione lepidoque verborum concentu. Habenda est itaque fides, o viri Græci, si non aliis, at celeberrimo saltem philosopho qui hæc ita decrevit. Neque adeo sacræ vobis litteræ contemnendæ, quoniam superfluo sermonis apparatu minus utantur, sed nudam pulchritudinem veritatis, et tamen emicantem, nobis proponant. Pronum siquidem fuit et quam facillimum sapientiæ fonti, qui prophanis impiisque hominibus eam qua tantopere gloriantur eloquentiam dedit, vel Platone facundiores, vel acriores Demosthene, vel rotundiores Thucydide, vel Aristotele et Chrysippo cudendis insolubilibus syllogismis acutiores, prodere veritatis præcones: ceterum locuples illa liberalissimaque divinitas, noluit quinque solum, decemve aut quindecim, centumve aut ducentos homines aquis salutaribus recreari, sed cunctas affatim tum Græcas tum barbaras

*τεθραμμένους, καὶ τοὺς λόγων οὐ γεγευμένους, καὶ σκυ-
τέας, καὶ ὑφάντας, καὶ χαλκοτύπους, καὶ τοὺς ἄλλους* 111
*ὅσοι τὰς τέχνας μεταχειρίζουσι, καὶ πρὸς τούτοις καὶ
οἰκέτας, καὶ προσαίτας, καὶ γηπόνους, καὶ ἀλσοκόμους,
καὶ γυναῖκας ὡσαύτως, τάς τε πλούτῳ περιρρεομένας,
καὶ τὰς πόνῳ ξυνεζευγμένας, καὶ ἐκ χειρῶν βιοτεύειν*
4 *ἠναγκασμένας.* Τούτου *δὴ εἵνεκα ἁλιεῦσι καὶ τελώναις
καὶ σκυτοτόμῳ χρησάμενος ὑπουργοῖς, προσενήνοχε τοῖς
ἀνθρώποις τὰ σωτήρια καὶ θεῖα μαθήματα· τὰς μὲν
γλώττας αὐτῶν ἃς ἐξ ἀρχῆς ἔλαχον οὐκ ἀμείψας, τὰ δέ
γε διειδῆ καὶ διαυγῆ τῆς σοφίας νάματα διὰ τούτων
προχέας· παραπλήσιον ποιῶν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἑστιάτωρ
οἶνον ἀνθοσμίαν καὶ εὐώδη καὶ ἄριστον προσενέγκοι
τοῖς δαιτυμόσι, κύλιξι καὶ φιάλαις ἐγχέας οὐκ ἠσκημέ-
ναις εἰς κάλλος· ἀλλ' οἵ γε διψῶντες ἐπεμφοροῦνται τοῦ
νάματος, οὐκ εἰς τὰς κύλικας ἀφορῶντες, ἀλλὰ τὸν οἶνον*
5 *θαυμάζοντες.* Τοῦτο *πάντες ἄνθρωποι δρῶντες διατε-
λοῦσι· καὶ τῶν θείων ἀπολαύοντες ῥείθρων, οὐ μόνον οὐ*

pen. *καὶ τοὺς λόγων οὐ γεγευμένους* om. B. et ni fallor Va. *καὶ τοῖς λ. ἐ. κ. τοῖς λόγων ἐγγεγευμένοις* C.

111, 3. *ἀλσοκόμους*] *ἀλσοκώμους* C. 5. *βιοτεύειν*] *βιωτεύειν* C. 10. *διειδῆ*] *διήδη* B. 13. *προσενέγκῃ*] *προσενέγκοι* B. *προσενέγκει* C. 15. *ἐπεμφοροῦνται*] *ἐμφοροῦνται* B.Va. 18. *διατελοῦσι*] *διατελῶσι* C. Supra *οἱ ἄνθρωποι* Vb.

nationes, neque solum homines litterarum studiis innutritos, sed sutores juxta textoresque, fabros item ferrarios, ceterosque manuales artifices; præterque hos ipsos etiam mendicos, agricolas, lignatores; fœminas quoque, tum divitiis affluentes, tum manuum suarum studio parce ac duriter victitantes. Eamque ob rem, piscatorum, publicanorumque, ac sutoris ministerio usus, protulit hominibus salutarem divinamque doctrinam, nequaquam linguis immutatis, quibus verbi sui præcones ab initio usi fuerant; sed per eas tamen prænitentis sapientiæ rivos effundens, non aliter quam si quis vinum odoris saporisque suavissimi convivis suis apponat, quod tamen phialis poculisque infundat minus eleganter affabreque insculptis. Nihilo enim secius qui sitientes accumbunt vino se imbuunt, neque poculorum materiam artificiumve inspiciunt, sed vinum laudant quod cum magna voluptate exhauriunt. Idem cunctos hodie mortales facere assidue cernimus. Sacræ enim doctrinæ

κωμῳδοῦσι τῶν ἀποστόλων τὰς γλώττας, ἀλλὰ καὶ ἄγαν θαυμάζουσιν, ὅτι δὴ λόγων στωμύλων ὄντες ἀμύητοι, καὶ οἱ μὲν ἁλιεύειν παιδόθεν μεμαθηκότες, οἱ δὲ τελωνικοῖς ἐργαστηρίοις προσηδρευκότες, ἄλλοι δὲ σκυτοτομικὴν μεταχειρίσαντες τέχνην, ἀπεφάνθησαν ἐξαίφνης θείων λογίων διάκονοι, καὶ δωρεῶν ἐπουρανίων διανομεῖς, καὶ σωτῆρες ἀλεξίκακοι, καὶ φωστῆρες φανότατοι, οὐχ ἓν ἔθνος φωτίζοντες, ἀλλ' ὅσαπερ ὁ ὁρώμενος ἥλιος. Ἄγανται δὲ διαφερόντως ἅπαντες καὶ θαυμάζουσιν, ὅτι δὴ καὶ τεθνεῶτες ἐπιτελοῦσιν ἅπερ δὴ καὶ περιόντες εἰώθεσαν ἐνεργεῖν, μᾶλλον δὲ πολλῷ μείζονα καὶ λαμπρότερα τὰ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν παρ' ἐκείνων τελούμενα. Ἡνίκα μὲν γὰρ μετὰ τῶν σωμάτων ἐπολιτεύοντο, νῦν μὲν παρὰ τούτους, νῦν δὲ παρ' ἐκείνους ἐφοίτων, καὶ ἄλλοτε μὲν Ῥωμαίοις, ἄλλοτε δὲ Ἰσπανοῖς ἢ Κελτοῖς διελέγοντο· ἐπειδὴ δὲ πρὸς ἐκεῖνον ἐξεδήμησαν ὑφ' οὗ κατεπέμφθησαν, ἅπαντες αὐτῶν ἐνδελεχῶς ἀπολαύουσιν, οὐ μόνον Ῥωμαῖοι, καὶ ὅσοι γε τὸν τούτων

21. ὅτι δὴ] ὅτι γε B.Va. 27. φανότατοι] φανώτατοι B.C. Mox δὲ om. C. 28. ὁ ὁρώμενος] ὁ om. B.Va. 29. καὶ θαυμάζουσι om. Vb. Mox εἰώθασιν Va.

rivos haurientes, non modo non irrident apostolorum linguam, sed valde potius admirantur, quod eloquentiæ sacris minus initiati, horumque alii vel a pueris solam piscationem edocti, alii vero publicanorum trapezis assistere consueti, alii sutoriam exercere, illico prodierint ministri divinarum rerum, supercælestiumque bonorum dispensatores, præsidia in adversis rebus, claraque luminaria, quæ non unam modo gentem lumine illustrarunt, sed quotcumque sol hic quem cernimus jubare suæ lucis illustrat. Admirantur autem cuncti mortales, mortuos jam apostolos, nunc quoque vertendis ad Christianam religionem populis, ea conficere quæ cum olim viverent faciebant; immo autem majora multoque clariora, postquam excesserunt e vita, per eos facta conspicere. Tunc enim cum mortale corpus induti inter homines versabantur, modo ad hos, modo ad illos populos accedebant; nunc Romanos, nunc vero Hispanos Celtasve alloquebantur. Postquam vero ad illum se receperunt a quo destinati olim missique fuerant, omnes illis populi cunctæque nationes continue perfruuntur: neque solum Romani, quique sub

ἀγαπῶσι ζυγὸν καὶ ὑπὸ τούτων ἰθύνονται, ἀλλὰ καὶ
Πέρσαι καὶ Σκύθαι καὶ Μασσαγέται καὶ Σαυρομάται
καὶ Ἰνδοὶ καὶ Αἰθίοπες, καὶ ξυλλήβδην εἰπεῖν ἅπαντα
7 *τῆς οἰκουμένης τὰ τέρματα. Τὰ γὰρ δὴ τούτων ξυγ-*
γράμματα, ἁπλᾶ γε ὄντα καὶ τῆς Ἑλληνικῆς γεγυμνω-
μένα λαμπρότητος, καὶ μὲν δὴ καὶ σμικρὰ καὶ ὀλίγα,
πᾶσιν ἀνθρώποις ἐστὶν ἀξιέραστα, πλὴν ὑμῶν καὶ εἴ τις
ὑμῖν παραπλησίως τὴν τῆς ἀπιστίας κατακεχυμένην
ἔχων ἀχλὺν, ἰδεῖν οὐκ ἐθέλει τῆς ἀληθείας τὴν αἴγλην.
Οὐ μόνον δὲ τῆς Ἑλληνικῆς ταῦτα κομψείας γεγύμνω-
ται, ἀλλὰ καὶ τῶν πραγμάτων ὧνπερ διδάσκει τὴν
φύσιν οὐ σεμνήν τινα ἔχει καὶ περιφανῆ καὶ περίβλεπ-
8 *τον. Οὐ γὰρ ὁρωμένην τινὰ τοῖς θιασώταις ἐπιδείκνυσι*
βασιλείαν, ἁλουργίδι κοσμουμένην, καὶ στεφάνῳ λαμ-
πρυνομένην, καὶ τῷ τῶν ἀσπιδηφόρων καὶ δορυφόρων
καὶ πλήθει καὶ μεγέθει σεμνυνομένην, καὶ τόσην ἔχου- 112
σαν στρατιὰν, καὶ στρατηγοὺς ἀριστεύειν ἐν πολέμοις
δεδιδαγμένους, καὶ τἄλλα ὅσα πολυθρυλήτους τοὺς κε-
κτημένους ποιεῖ· ἀλλὰ σπήλαιον, καὶ φάτνην, καὶ παρ-

48. *ἔχων* suprascr. p. m. 53. *ἁλουργίδι*] *ἁλουργίδος* C. 54. *τῷ τῶν ἀσπιδιφόρων*] *τὸ τῶν ἀσπιδοφόρων* B.
112, 1. *στρατιὰν*] *στρατείαν* C.

Romanorum jugo lubentes agunt et gubernantur; sed Persæ quoque, Scythæ, Massagetæ, Sauromatæ, Indi, Æthiopes, utque semel dicatur, omnes habitabilis terræ fines. Quæ enim illi monumenta scripta nobis reliquerunt, simplicia illa quidem omnisque Græci nitoris expertia, tum perpauca et perquam brevia, sunt hominibus cunctis carissima, vobis exceptis, ac si quis eadem qua et vos impietatis nebula circumseptus, nolit veritatis jubar inspicere. Quin eadem apostolica monumenta non solum carent Atticæ eloquentiæ fastu, verum etiam ea quæ nobis tradunt ejus sunt generis, ut nihil inde magnificum nostris oculis ac perspicuum proponatur. Neque enim regnum ostentant quod hic videri a futuris possessoribus queat, non illi purpura exornatum regem, non corona insignem vident, non scutatorum numero ac magnitudine formidandum, non exercitu communitum, non ducibus qui fortitudinem in bello perdocti sint; nihil denique eorum vident, quibus homines splendore nominis et gloria inclarescunt; sed to-

θένον χερνῆτιν, καὶ βρέφος εὐτελέσι σπαργάνοις ἐνειλημμένον, καὶ ἐπὶ κενῆς ἐρριμμένον τῆς φάτνης, καὶ χωρίον ἄδοξον καὶ σμικρὸν ἐν ᾧ ταῦτα ἐγένετο, καὶ αὖ πάλιν πενίαν αὐξηθέντος τοῦ βρέφους, καὶ πεῖναν, καὶ δίψος, καὶ τὸν ἐξ ὁδοιπορίας πόνον, καὶ μετὰ ταῦτα τὸ παρὰ πάντων ᾀδόμενον πάθος, τὰς ἐπὶ κόρρης πληγὰς, τὰς κατὰ νώτου μάστιγας, τὸ ἰκρίον, τοὺς ἥλους, τὴν
9 χολὴν, τὸ ὄξος, τὸν θάνατον. Ἀλλ' ὅμως ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα διηγούμενα τὰ τῶν ἀποστόλων ξυγγράμματα ἔπεισεν ἅπαντας ἀνθρώπους, ὅτι υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ Θεὸς προαιώνιος, καὶ τῶν ἁπάντων ποιητὴς καὶ δημιουργὸς, ὁ τὴν ἀνθρωπείαν ὑποδὺς φύσιν, καὶ διὰ ταύτης τὴν τῶν ἀνθρώπων πραγματευσάμενος σωτηρίαν. Καὶ οὐχ ἁπλῶς ἔπεισεν, ἀλλὰ τοσαύτην γε πίστιν τοῖς πλείστοις ἐντέθεικεν, ὡς ἥδιστα τὸν ὑπὲρ τῶνδε τῶν δογμάτων καταδέξασθαι θάνατον, καὶ τοῖς ἀρνηθῆναι κελεύουσιν ἥκιστα μὲν προέσθαι τὰς γλώττας, προτεῖναι δὲ τὰ

5. εὐτελὲς [ἐν] σπαργάνοις ἐνειλημένον] εὐτελέσι σπαργάνοις ἐνειλημμένον B. [ἐν] om. C. ἐνειλιμμένον conj. Ursinus. ib. ἐπ' ἐκείνης] ἐπὶ κενῆς B. 7. ἐναυξηθέντος] αὐξηθέντος B. πενία ἐναυξ. C. 8. πείνην] πεῖναν B. 11. χολὴν] λόγχην Va. 13. τὰ τῶν ἀποστόλων] τῶν ἀποστόλων τὰ B. 14. ἅπαντας] πάντας B.Va. 20. δογμάτων] πραγμάτων Vb. 22. προτεῖναι] προθεῖναι B. προσθῆναι C.

phaceum specu vident, in quo præsepe, in quo pauperculam Virginem, in quo tenui fascia obvolutum infantem, ipso in præsepis sinu humiliter reclinatum. Præterea et oppidum vident ubi hæc accidisse narrantur, ignobile, inglorium, ac pusillum : proponitur illis etiam spectandus infans in paupertate eductus : proponuntur quæ acerba perpessus est, fames, sitis, languorque de via : post hæc autem omnia supplicium illud passim ab omnibus decantatum, alapæ cum colaphis in maxillam incussæ, terga flagris discissa, gestata crux, pedibus ac manibus infixi clavi, lancea pectori adacta, acetum sitienti porrectum, mortis genus ignominia cruciatuque perhorrendum. Et tamen cum hæc et quæ sunt his similia narrent apostolorum monumenta, fidem fecerunt cunctis passim hominibus, eum de quo illa dicuntur, Dei filium, Deum verum, ante sæcula genitum, factorem rerum omnium atque opificem, humanam assumpsisse naturam, eoque instrumento salutem humani generis confecisse. Neque vero tenuem ac superinna-

νῶτα τοῖς ἐθέλουσι μαστιγοῦν, καὶ λαμπάσι καὶ ὄνυξι
τὰς πλευρὰς, καὶ τοὺς αὐχένας ὑποθεῖναι τοῖς ξίφεσι,
καὶ ἀποτυμπανισθῆναι προθύμως καὶ ἀνασκινδαλευθῆ-
ναι, καὶ μέντοι καὶ ἐμπρησθῆναι, καὶ θῆρας ἀγρίους
10 ἰδεῖν θοινωμένους τὰ σώματα. Τῷ τοι καὶ ἄσβεστον
αὐτοῖς ὁ ἀγωνοθέτης ἐδωρήσατο κλέος, καὶ μνήμην νι-
κῶσαν τοῦ χρόνου τὴν φύσιν. Μαραίνειν γὰρ δὴ οὗτος
ἅπαντα πεφυκὼς, τὴν τούτων ἀμάραντον διετήρησε
δόξαν. Καὶ αἱ μὲν γενναῖαι τῶν νικηφόρων ψυχαὶ περι-
πολοῦσι τὸν οὐρανὸν, τοῖς ἀσωμάτοις χοροῖς συγχορεύ-
ουσαι· τὰ δὲ σώματα οὐχ εἷς ἑνὸς ἑκάστου κατακρύπτει
τάφος, ἀλλὰ πόλεις καὶ κῶμαι ταῦτα διανειμάμεναι
σωτῆρας [καὶ] ψυχῶν καὶ ἰατροὺς σωμάτων ὀνομάζουσι,
καὶ ὡς πολιούχους τιμῶσι καὶ φύλακας· καὶ χρώμενοι
πρεσβευταῖς πρὸς τὸν τῶν ὅλων δεσπότην, διὰ τούτων
τὰς θείας κομίζονται δωρεάς· καὶ μερισθέντος τοῦ σώ-
11 ματος, ἀμέριστος ἡ χάρις μεμένηκε. Καὶ τὸ σμικρὸν

24. ὑποθεῖναι] ὑποθῆναι C. 25. ἀνασκινδαλ.] ἀνασκινδυλ. C. ἀνασκολοπισθῆναι Vb. 27. θοινωμένους] non ita B. pr. θυνουμένους C. 30. γὰρ δὴ οὗτος] γὰρ οὗτος Va. γὰρ δὴ Vb. 33. ἀσωμάτοις] ἀσωμάτων C. 34. κατακρύπτει τάφος ἑκάστου] ἑκάστου κατ. ταφ. B.Va. 36. καὶ ἰατρ. B.

tantem fidem fecerunt, sed adeo profundis nixam radicibus, ut magna hominum multitudo pro his dogmatis retinendis mortem libentissime sustinuerit, eaque infitiari volentibus non linguas ad defensionem objecerit, sed flagris humeros, sed lampadibus latera ferreisque ungulis, et cervices gladiis supposuerit, tympanis ac fidiculis extenta fuerit, palis infixa constiterit, ab immanibus se feris laniari conspexerit. Jure igitur qui certamina hæc proposuit, inexstincta illos gloria illustravit, memoriamque factorum nuntiam tribuit, quæ potens sit vires temporis superare. Nam cum cetera omnia paulatim marcescere abolerique instituerit, horum tamen gloriam incorruptam servavit. Ac animæ quidem triumphatorum martyrum in cælesti nunc patria vitam agunt angelorum choros intersitæ : eorum vero corpora non singula quidem singulis monumentis conduntur ; sed civitates, oppida, paganique conventus, hæc inter se sortito partiti sunt, laborantibusque animis ac ægrotis corporibus salutares eos confiteri non cessant. Nihiloque secius urbium custodes ac locorum præsides venerantur ; quo-

ἐκεῖνο καὶ βραχύτατον λείψανον τὴν ἴσην ἔχει δύναμιν τῷ μηδαμῇ μηδαμῶς διανεμηθέντι μάρτυρι. Ἡ γὰρ ἐπανθοῦσα χάρις διανέμει τὰ δῶρα, τῇ πίστει τῶν προσιόντων τὴν φιλοτιμίαν μετροῦσα. Ὑμᾶς δὲ οὐδὲ ταῦτα πείθει τὸν τούτων ὑμνῆσαι Θεὸν, ἀλλὰ γελᾶτε καὶ κωμῳδεῖτε τὸ τούτοις παρὰ πάντων προσφερόμενον γέρας,
12 καὶ μύσος ὑπολαμβάνετε τὸ πελάζειν τοῖς τάφοις. Εἰ δὲ καὶ πάντες ἄνθρωποι τούτοις προσέπταιον, ἀλλ' οὖν Ἕλληνας μόνους νεμεσᾶν τοῖς οὕτω δρωμένοις οὐκ ἔδει· τούτων γάρ τοι αἱ χοαὶ, καὶ τὰ ἐναγίσματα, καὶ οἱ ἥρωες, καὶ [οἱ] ἡμίθεοι, καὶ οἱ θεοποιούμενοι ἄνθρωποι. Καὶ 113
γὰρ τὸν Ἡρακλέα, ἄνθρωπον γεγονότα καὶ Ἀλκμήνης παῖδα καὶ Ἀμφιτρύωνος, καὶ θεὸν ἀπέφηναν ὡς ἐνόμι-
13 σαν, καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ξυνηρίθμησαν. Ὅτι δὲ καὶ ὁ Πλάτων Ἀμφιτρύωνος αὐτὸν οἶδεν υἱὸν, καὶ οὐ τοῦ Διὸς, ἀκούσατε δὴ αὐτοῦ ἐν τῷ Θεαιτήτῳ λέγοντος·

43. διανεμηθέντι] διαμερισθέντι Vb. 49. εἰ δὲ] ἀλλ' εἰ Vb. ib. προσέπαιζον] προσέπταιον B. πρὸς ἔπαινον C. 50. οὐκ—μόνον—ἔδει] οὖν—μόνους—οὐκ ἔδει B.Va. 51. ἐναγίσματα καὶ] αἰνίγματα C.
113, 3. ξυνηρίθμησαν] ξυνηριθμήθησαν C. 5. οὐ τοῦ] αὐτοῦ Va.

rum precibus et interventu apud Deum utentes, per eos demum divina munera consequuntur. Sectis itaque eorum corporibus, integra tamen vis et gratia perseverat, tenuesque ac tantillæ reliquiæ toti nullasque in partes dissecto martyri parem habent virtutem. Gratia enim quæ pollens vigensque persistit, petentibus dona distribuit, fidei supplicantium liberalitatem suam commensa. Vos autem, Græci homines, ne hæc quidem adducunt, ut Deum regem martyrum laudetis; sed cum derisu damnatis eum qui a cunctis late mortalibus eis honor defertur; abominandum scelus admittere vos putantes si ad eorum busta propius accedatis. Esto autem ut ceteri passim mortales hoc martyrum facto offenderentur; at Græcos certe ipsos nullo hinc profecto decuit pacto offendi. Ab his enim auctoribus prodierunt libamina, expiationes, heroes, semidei, hominesque in deos relati. Herculem enim mortalem hominem, Alcmena et Amphitryone parentibus natum, deum Græci declararunt, sicut temere Deum esse opinabantur, ceterorumque deorum catalogo addiderunt. Quod autem et Plato Amphitryonis esse filium, non Jovis, eum crediderit, inde, puto, constabit, si videlicet audiatis quæ is in Theæteto conscripsit [p. 175

Ἀλλ' ἐπὶ πέντε καὶ εἴκοσι καταλόγῳ προγόνων σεμνυνομένων καὶ ἀναφερόντων εἰς Ἡρακλέα τὸν Ἀμφιτρύωνος ἄτοπα αὐτῷ φαίνεσθαι τῆς σμικρολογίας, ὅτι δὲ Ἀμφιτρύωνος εἰς τὸ ἄνω πέμπτος καὶ εἰκοστὸς ἦν, οἷα ξυνέβαινεν αὐτῷ τύχη, καὶ ὁ πεντηκοστὸς ἀπ' αὐτοῦ, γελᾷ οὐ δυναμένων λογίζεσθαί τε καὶ χαυνότητος ἀνοήτου ψυχῆς ἀπαλ-
14 λάττεσθαι. Καὶ Ἰσοκράτης δὲ ὁ ῥήτωρ ὧδέ φησι· Ζεὺς γὰρ Ἡρακλέα καὶ Τάνταλον γεννήσας, ὡς οἱ μῦθοι λέγουσι, καὶ πάντες πιστεύουσι. Οὕτως ἐγέλων οἱ ξυνορᾶν ἱκανοὶ τὰ παρ' αὐτῶν μυθολογούμενα· ἀλλ' ὅμως ἀνθρώπῳ γε ὄντι καὶ Εὐρυσθεῖ δουλεύειν ἠναγκασμένῳ καὶ νεὼς ἐδείμαντο, καὶ βωμοὺς ἐδομήσαντο, καὶ θυσίαις ἐτίμησαν, καὶ ἑορτὰς ἀπεκλήρωσαν, οὐ Σπαρτιᾶται μόνοι καὶ Ἀθηναῖοι, ἀλλὰ καὶ ξύμπασα ἡ Ἑλλάς, καὶ τῆς
15 Εὐρώπης τὰ πλεῖστα. Διέβη δὲ καὶ εἰς τὴν Ἀσίαν τῆς ἐξαπάτης ἡ νόσος· καὶ γὰρ καὶ ἐν Τύρῳ καὶ ἐν ἄλλαις

9. Ἀμφιτρύων] Ἀμφιτρύωνος B. κληρονομίας C. pro σμικρολογίας. Sirm. καταφαίνεται pro φαίνεσθαι. 10. τὸ ἄνω] τὸν ἄνω B. 11. γε Λάου] γελᾶ. οὗ B. 13. ἀπαλλάττεσθαι] ἀπαλλάττειν Vb. 16. παρ' αὐτῶν] παρὰ τῶν ἄλλων B. περὶ τῶν ἄλλων Va. 19. ἐδομήσαντο] ἐδωμήσαντο B.C. 21. καὶ τῆς—πλεῖστα B. marg. p. m. 22. δὲ καὶ] δὲ om. C. 23. τὸ μύσος] ἡ νόσος B.Va. ib. καὶ ἐν] καὶ suprasc. p. m.

A.]: *Sed eorum qui sese jactant vigintiquinque progenitorum catalogo fatuum sibi ineptumque videri consilium, ob nimis exactæ rationis minutias. Quod autem Amphitryon altius repetito principio, quintus supra vigesimum fuerit, sicut ei forte fortuna obtigit, quinquagesimusve ab Lao descenderit, eorum sit inquirere qui possunt generis rationem subducere, inventoque principio ita se stulto animi fastu liberare.* Rhetor quoque Isocrates ita testatur [p. 13 A]: *Jupiter enim cum Herculem ac Tantalum genuisset, ut est in fabulis, passimque ab omnibus creditur.* Hoc itaque pacto irridebant, qui vere inspicere poterant qualia ea essent quæ alii mortales fabulis commendabant. Et tamen cum ipse Hercules a mero homine nihil differret, regique Eurystheo servire servitutem cogeretur; illi aris templisque excitatis sacrificia obtulerunt, diesque festivos dedicarunt. Neque soli Athenienses ac Spartiatæ, sed tota simul Græcia, Europæque quam plurimæ regiones. Errorisque hujus pestilentia et in Asiam penetravit. Multa enim Tyrii, civitatesque aliæ, ingentia templa Herculi excitarunt. Neque ei solum festivitates annuas celebra-

πόλεσι παμπόλλους καὶ μεγίστους αὐτῷ σηκοὺς ᾠκοδό-
μησαν. Καὶ οὐ μόνον ἐτησίους ἀπένειμαν πανηγύρεις,
ἀλλὰ καὶ τετραετηρικοῖς ἀγῶσιν ἐτίμησαν· καὶ ταῦτά
γε ἄνδρα εἰδότες, καὶ ἄνδρα οὐ σώφρονα οὐδὲ φιλοσο-
φίαν ἠγαπηκότα, ἀλλ' ἀκολασίᾳ καὶ λαγνείᾳ ξυνεζη-
16 κότα. Ἵνα γὰρ τὴν ἄλλην αὐτοῦ πᾶσαν ἀκρασίαν παρῶ,
φασὶν αὐτὸν ἐν μιᾷ νυκτὶ πεντήκοντα μιγῆναι παρθένοις,
τὸν τρίτον καὶ δέκατον ἴσως ἀγωνισάμενον ἆθλον.
Ἀπόχρη δὲ καὶ τοῦτο δηλῶσαι πᾶσαν τὴν τοῦ βίου
προαίρεσιν. Καὶ μέντοι καὶ τοῦ βίου τὸ τέλος διὰ τοι-
αύτην ἀκρασίαν πρὸ τῆς ὥρας ὑπέμεινεν. Ὁμόζυγα γὰρ
ἔχων τὴν Δηϊάνειραν, ξυνήφθη μὲν ἄλλῃ δι' ἔρωτα, ὑπὸ
17 δὲ τῆς προτέρας παρὰ γνώμην ἐπεβουλεύθη. Ἐρωτικὸν
γὰρ αὕτη κατασκευάσασα φάρμακον, καὶ χρίσασα τοῦ
ἀνδρὸς τὸν χιτῶνα, πέπομφεν ᾐτηκότι· καὶ ἤλπισέ γε
ἀγρεύειν πρὸς ἑαυτήν, διήμαρτε δὲ ὧν ἤλπισεν. Ἐκθερ-
μῆναι γὰρ [ἐκεῖνο] τὸ φάρμακον τοῦ Ἡρακλέους τὸ

β α
24. μεγίστους αὐτῷ σηκοὺς] αὐτῷ καὶ μεγίστους B. 25. ἀπένειμαν] ἀπένειμον C. 28. φιλοσοφίαν] σοφίαν Vb. nescio an e conj. Ursin. 30. παρῶ] παρήσω B.Vb. 31. τὸν τρίτον] τὸ τρίτον B.C. 32. ἀγωνισάμενον] ἀγωνισάμενος B.Va. ἀγωνισαμένῳ C. 33. προαίρεσιν] διαίρεσιν C. 34. τοιαύτην] τὴν τοιαύτην B. 36. μὲν ἄλλῃ] μὲν γὰρ ἄλλῃ Vb. 38. αὕτη om. C. 41. [ἐκεῖνο] om. C.Vb.

bant, sed quarto quoque anno ludos eidem ac certamina dedicabant. Tametsi mortalem fuisse hominem scirent, nec temperatum, nec sapientiæ amatorem, sed qui vitam in licentia et libidine transegisset. Ut enim cetera illius flagitia taceantur, hoc narrare sit satis, quod nocte una quinquaginta virginibus stuprum intulisse dicitur. Ac, nisi fallor, tertiumdecimum fertur hoc illius esse certamen. Satis autem hoc potuit Herculis vitam moresque testari. Adde autem, quod ex ea nequitia finem sibi vitæ maturius advocavit. Ducta enim jampridem uxore Deianira, amicæ tamen quam deperibat commixtus est. Uxoris itaque imprudentis aliamque rem agitantis dolo captus occubuit. Nam cum hæc amatorium, sicuti opinabatur, pharmacum paravisset, virique interulam eo veneno imbuisset, poscenti viro eam transmisit; sperans ita eum sibi facile se retenturam esse. A spe vero plurimum aberravit. Eo siquidem veneno corpus Herculis calefactum gravi ægritudine cir-

σῶμα, παγχαλέπῳ περιέβαλε νόσῳ. Ὁ δὲ, ἀλγυνόμενος καὶ μὴ φέρων τὸ πάθος, πυρὰν νήσας καὶ ἑαυτόν γε καθεὶς τοῦ βίου τὸ τέλος ἐδέξατο· ἄξιά γε· οὐ γὰρ τῆς θεοποιΐας τὰ τοῦ παρ' ὑμῶν θεοποιηθέντος ἐπιτηδεύματα.

18 Ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα εἰδότες, (ταῦτα γὰρ τὰ παλαιὰ διδάσκει ξυγγράμματα,) οὐδὲν ἧττον κἀκεῖνον σωτῆρα [ἐκάλουν] καὶ ἀλεξίκακον προσηγόρευον, καὶ τὸ Ἡρακλεῖς ἄναξ τοῖς λόγοις προσέπλαττον. Καὶ ὑμεῖς δὲ ὡσαύτως τοῖς τοιούτοις σεμνύνεσθε λόγοις, ἀποχρῆν εἰς παιδείας ἡγούμενοι περιφάνειαν τὸ τὰ τοιαῦτα ἐπιλέγειν 114 ῥηματίσκια.

19 Καὶ τὸν Ἀσκληπιὸν δέ φησιν Ἀπολλόδωρος κατὰ μέν τινας Ἀρσινόης εἶναι [υἱὸν,] κατὰ δὲ ἄλλους Κορωνίδος, λάθρα μὲν Ἀπόλλωνι ξυνελθεῖν βιασθείσης, κυησάσης δὲ, καὶ τεκούσης, καὶ ἐκθεμένης τὸ βρέφος, τοῦτο δὲ κυνηγέτας τινας εὑρηκότας ὑπὸ κυνὸς τρεφόμενον λαβεῖν, καὶ κομίσαι λέγει Χείρωνι τῷ Κενταύρῳ, εἶτα ἐκεῖ τραφῆναί τε καὶ ἀσκηθῆναι τὴν

44. καθεὶς] καταθεὶς B. Pro πυρὰν—καθεὶς C. habet ἐν τῷ ποταμῷ πλησιάζοντί γε ἑαυτὸν καθείς. Pro νήσας Sirm. ἅψας. 49. [ἐκάλουν] om. C. qui mox προσηγόρευσαν cum Vb. ἐκάλεσαν Vb. pro ἐκάλουν. 50. Ἡρακλῆς] Ἡρακλεῖς B. ib. τοῖς λόγοις προέταττον] προσέπλαττον B.Va. προσέταττον C.Vb. 52. ἀποχρῆν] ἀποχρῆναι. Vb.

114. 1. τὰ τοιαῦτα] τὰ om. B.Va.

cumventum est. Is itaque dolore correptus, ac cruciatus impatiens, in exstructam pyram sese ipsum conjecit; dignumque hunc anteacta vita finem invenit. Neque enim ea fuerunt Herculis studia, quibus a vestris Deus fieri mereretur. Quæ licet illi non ignorarent, (sunt enim antiquis monumentis memoriæ prodita) nihilo tamen secius Herculem patrem auxiliaremque appellarunt: cumque in admirationem rei cujusquam inciderent, *Hercules rex* inter loquendum exclamabant. Et vos hodieque, si Deo placet, hoc loquendi more gaudetis et gloriamini; putantes satis magnum daturos vos esse vestræ eruditionis indicium, si crebro ejusmodi verbula usurpetis. Atque ut ad alios quoque transeam, testis est Apollodorus Æsculapium ab aliis quidem existimatum esse filium Arsinoes, ab aliis vero Coronidis, quæ clandestino violentoque Apollinis congressu prægnans effecta, editum subinde infantem exposuisse dicitur. Hunc vero ait Apollodorus [III. 10, 3.] a venatoribus casu repertum, raptumque ab altricis canis uberibus Chironi Cen-

ἰατρικὴν ἐπιστήμην, ἐν Τρίκκῃ δὲ πρῶτον καὶ Ἐπι-
20 *δαύρῳ δοῦναι πεῖραν τῆς τέχνης. Οὕτω δὲ ἄκρως, φησίν, ἐπαιδεύθη, καὶ μάλα γε σπουδαίως, ὡς μὴ μόνους τοὺς ἀρρωστοῦντας ἰᾶσθαι, ἀλλὰ καί τινας τῶν τετελευτηκότων ἐγείρειν [πειρᾶσθαι.] Διὸ δὴ τὸν τερπικέραυνον χαλεπήναντα πρηστῆρσι βαλεῖν καὶ ἐξαγαγεῖν τῆς ζωῆς. Τοιγαροῦν καὶ [ὅδε] ἄνθρωπος ἦν, οὐδὲ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις παραπλησίως τραφεὶς, ἀλλὰ καὶ παρὰ κυνὸς τῆς πρώτης ἀπολαύσας ἀνατροφῆς, καὶ τῷ τῶν θηρευόντων οἴκτῳ διασωθεὶς, καὶ οὐκ ἐκ θείας σοφίας καὶ ἐπιστήμης [τὸ] ἰατρεύειν ἔχων, ἀλλὰ παρὰ Χείρωνος*
21 *τήνδε τὴν τέχνην ἐκπαιδευθείς. Οὗτος δὲ ὁ Χείρων καὶ Ἀχιλλέως ἐγένετο παιδευτής. Ὅθεν δῆλον ὅτι κατὰ τὸν χρόνον τὸν αὐτὸν ἐγενέσθην, ἢ [καὶ] μικρῷ τινι οὗτος Ἀχιλλέως πρεσβύτερος, ἐπειδήπερ καὶ τοῖς Ἀργοναύταις ξυνεξέπλευσε, καὶ ὁ τούτου γε παῖς ὁ Μαχάων ξυνεπολέμησεν Ἀχιλλεῖ. Καὶ ὁ κεραυνὸς δὲ, καὶ ὁ γενό-*

13. *πειρᾶσθαι* om. Va. 14. *πρηστῆρσι*] *πρηστῆρι* B. 15. *οὐδὲ*] *καὶ οὐδὲ* B. [*ὅδε*] om. C. 16. *τραφεὶς*] *ἀνατραφεὶς* C.Vb. 17. *ἀνατροφῆς*] *τροφῆς* B.C. ib. *καὶ τῶν*] *καὶ τῷ τῶν* B. 19. [*τὸ*] om. C. 22. *τὸν αὐτὸν χρόνον*] *τὸν χρόνον τὸν αὐτὸν* B.Va. *καὶ τὸν χρ.* C. Tum [*καὶ*] om. B.C. 23. *Ἀχιλλέως*] *Ἀχιλλεὺς* C. 24. *ξυνέπλευσε*] *ξυνεξέπλευσε* B. 26. *δὲ καὶ*] *δέ γε καὶ* B.

tauro delatum fuisse, ibique enutritum medicæ arti operam impendisse; cujus in Tricca Epidauroque civitatibus experimenta prima ediderit. Tanta vero diligentia tantoque studio medicinam perdoctus dicitur, ut non ægrotos solum in pristinam valitudinem restituerit, sed (ut fama est) nonnullos a mortuis excitarit. Quo facto Jupiter indignatus fulmine trajectum de medio sustulisse dicitur. Fuit igitur hic quoque mortalis homo, quamquam more ceterorum hominum educatus non fuerit. Prima enim vitæ alimenta de ubere canis accepit; venatorumque misericordia servatus, non divina quidem sapientia edocente, medicinæ artem adeptus est, sed a Chirone Centauro eruditus. Idem vero Chiron et Achillis fuit præceptor. Unde satis constat ambos eodem pene tempore floruisse. Tametsi Æsculapius Achille paulo sit major: quippe qui cum Argonautis Colchos adnavigarit, cujusque filius Machaon Trojano bello cum Achille interfuit. Illud vero incussum fulmen, illaque insequuta combustio, haud penitus sinceræ

22 μενος ἐμπρησμὸς, δηλοῖ τῆς φύσεως τὸ ἐπίκηρον. Ἀλλὰ καὶ οὕτω γε φύντα, ὡς εἴρηται, καὶ σωθέντα γε καὶ τραφέντα καὶ ἐμπρησθέντα τοῖς ἄλλοις θεοῖς κατέλεξαν, καὶ τεμένη δὲ καθωσίωσαν, καὶ καθιέρωσαν βωμούς· καὶ λοιβῇ καὶ κνίσῃ, πάλαι μὲν προφανῶς, νῦν δὲ ἴσως ἐν παραβύστῳ γεραίρετε, καὶ τὰ τούτου ἀγάλματα θείας ἀξιοῦτε τιμῆς, καὶ τὸν ἐνειλημένον αὐτῷ θαυμάζετε δράκοντα, καὶ ξύμβολον εἶναι τῆς ἰατρικῆς φατὲ, ὅτι καθάπερ ἐκεῖνος ἀποδύεται τὸ γῆρας, οὕτως ἡ ἰατρικὴ
23 τῶν νόσων ἐλευθεροῖ. Ὅτι δὲ ἐπὶ τῶν Ὁμήρου χρόνων οὐδέπω οὗτος [τῆς] θεοποιΐας τετυχήκει, μάρτυς ὁ ποιητής, οὐ τὸν Ἀσκληπιὸν ἀλλὰ τὸν Παιήονα δείξας τὰ τοῦ Ἄρεως θεραπεύσαντα τραύματα· δεῖ γὰρ τουτουσὶ τοὺς θεοὺς καὶ τραύματα ἔχειν καὶ ἰατρούς. Καὶ τὸν Μαχάονα δὲ οὐ θεοῦ λέγει υἱὸν, οὐδέ γε ἡμιθέου, ἀλλ' ἰατροῦ. Ἔφη γὰρ,

Φῶτ' Ἀσκληπιοῦ υἱὸν ἀμύμονος ἰητῆρος.

24 Καὶ τὸν Διόνυσον δὲ Σεμέλης υἱὸν γεγενῆσθαι καὶ

27. καὶ om. B. 29. τεμένη δὲ] τεμένη γε B. δὲ om. C. 31. γεραίρετε] γεραίρεται B.C. 32. ἀξιοῦται] ἀξιοῦνται B.C. 33. εἰλημμένον] ἐνειλημένον B. ἐνειλημμένον Va. ἐνειλιμμένον conj. Ursin. 35. ἡ ἰατρ.] ἡ om. C. 37. τετυχήκει] ἠξιώθη cum οὕτω γρ. τετυχήκει in marg. [τῆς] om. C. 41. λέγει] λέγειν C.

vitæ impollutique ingenii signa sunt. Et tamen ita natum hominem, sicuti superius dictum est, ita enutritum, ita ambustum, majores vestri diis aliis addiderunt, templisque ac aris ejus numini consecratis, fuso libamine, ac victimarum nidore, palam illi quidem coluerunt; vos autem in domesticis penetralibus nihilominus eum colitis, ejusque simulacra honore divino digna esse censetis. Tum et implicitum illi draconem demirati, signum id esse artis medicæ affirmatis. Sicut enim serpens vetustatem seniumque deponit, ita et qui ægroti sunt, ope artis medicæ morbos depellunt. Quod autem Homeri tempestate nondum relatus in deos Æsculapius fuerit, Homerus ipse testatur, qui Martis vulnerum curatorem, non Æsculapium quidem, sed Pæonem inducit. Decuit enim ejus generis deos et accipere vulnera, et medicis indigere. Machaonem quoque nec dei filium nec semidei, sed homine prognatum Homerus facit. Inquit enim: *Huic homini pater est Asclepius, arte medendi Clarus.* Ipsum præterea Dionysum, qui et

Ὅμηρος ἔφη καὶ Εὐριπίδης, καὶ ἄλλοι [γε] πλεῖστοι·
Σεμέλη δὲ, Κάδμου θυγάτηρ. Ἀλλ' ὅμως καὶ οὗτος
θείας ἠξιώθη τιμῆς, καὶ ταῦτα γύννις ὢν καὶ θηλυδρίας
καὶ ἀνδρόγυνος· καὶ [γὰρ] τοῖς ἐπικουροῦσι μισθὸν ὑπέ-
σχετο δώσειν οὐ χρυσὸν ἢ ἄργυρον, ἀλλὰ τὴν ὕβριν
τοῦ σώματος· καὶ οὕτως περὶ τὴν βδελυρὰν ἐκείνην
ὑπόσχεσιν ἐγένετο φιλαλήθης, ὡς τῶν βεβοηθηκότων
τετελευτηκότων πρὶν ἢ δέξασθαι τὸν πολυθρύλητον
ἐκεῖνον μισθὸν, ἑτέρως ἐπινοῆσαι τὴν τῆς ἐπαγγελίας
ἐκπλήρωσιν. Καὶ σιωπῶ τὸ σύκινον πέος, καὶ τὰ ἐπὶ
τούτῳ τελούμενα, αἰσχύνομαι γὰρ λέγειν ἐφ' οἷς ἐπανη-
25 γύριζον Ἕλληνες. Καὶ μέντοι καὶ τοὺς Τυνδαρίδας
θεοὺς ἐκάλεσαν Ἕλληνες, καὶ Διοσκούρους ὠνόμασαν,
καὶ Ἐφεστίους, καὶ Ἄνακας· καὶ τεμενῶν οὐκ ἐν Σπάρτῃ
μόνον ἀλλὰ καὶ Ἀθήνησι τούτους ἠξίωσαν. Καὶ τού-
τοιν μέμνηται Δημοσθένης [ὁ ῥήτωρ,] οὑτωσὶ λέγων·
26 Ἐν τῷ πανδοκείῳ τῷ πρὸς τῷ Διοσκορίῳ. Καὶ τὸ Λεω-

45. ἄλλοι γε] γε om. C. 47. γύνις] γύννις B. 48. [γὰρ] om. C. 115, 3. τούτῳ] τούτου B. τοῦτο C. 4. αἰσχύνομαι] αἰσχύνομαι γὰρ B. 6. Διοσκούρους] Διοσκόρους Vb. ib. ἄνακας·] ἄνακτας B.Vb. 8. Ἀθήναις] Ἀθήνησι B. 9. πανδοχίῳ] πανδοκείῳ B. 10. Διοσκορίῳ] διοσκουρίῳ B.

alio nomine Bacchus dicitur, et Homerus et Euripides et alii quam plurimi poëtarum Semele natum affirmant, Semele autem Cadmi censetur filia. Et tamen hunc quoque divinitate dignati estis, quamquam mollem, effœminatum, semivirum. Cur enim talis non haberetur, qui suppetias sibi ferentibus mercedem se daturum pollicebatur, non aurum, non argentum, sed corporis sui stuprum. Cujus quamquam tetri abominabilisque polliciti adeo certus exsecutor fuit, ut auxiliaribus prius vita perfunctis quam probrosam illam mercedem accepissent, ipse tamen aliam implendi promissi rationem excogitarit. Taceo ficulnum veretrum, quæque circa illud mysteria ritusque haberentur. Pudet enim ea me referre, quibus olim Græci solennitates dicarunt. Iidem profecto et Tyndarei filios deos nominabant cognomento Dioscuros, Ephestios, Anacas; id est, Jovis pueros, domesticos lares, præsides benignosque curatores. Illos autem sacris ædibus non Spartiatæ solum, sed Athenienses quoque dignati sunt. Horumque mentionem sic Demosthenes facit [F. L. p. 390, 26.]: *In publico*

κόριον δὲ τῶν Λεὼ θυγατέρων ἐστὶν ἱερόν. Καὶ ἄλλους δέ γε παμπόλλους ἀθλίους καὶ τρισαθλίους ἐθεοποίησαν ἀνθρωπίσκους, καὶ δημοθοινίαις ἐτίμησαν. Καὶ γὰρ ὁ Πύθιος μάντις Κλεομήδη τὸν Ἀστυπαλαιέα τὸν πύκτην θείου γέρως ἀπολαύειν ἐκέλευσε, καὶ τόνδε ἀνεῖλε τὸν χρησμὸν ἡ Πυθία,

> *Ὕστατος ἡρώων Κλεομήδης Ἀστυπαλαιεύς·*
> *ὃν θυσίαις τιμᾶθ', ὡς οὐκέτι θνητὸν ἐόντα.*

27 *Ἵνα δὲ γνῶτε καὶ ὑμεῖς ὧν δὴ εἵνεκα τῷ Διῒ καὶ τοῖς*
ἄλλοις ξυνετάχθη, καὶ αὐτὸς ἐγὼ τὰ περὶ τοῦδε ἐρῶ
διηγήματα. Οὗτος τὸν ἀνταγωνιστὴν μιᾷ πατάξας
πληγῇ ἀνέῳξε μὲν αὐτοῦ τὴν πλευρὰν, ἐμβαλὼν δὲ
εἴσω τὴν χεῖρα τῶν ἐγκάτων ἐλάβετο, εἶτα τῶν ἀθλο-
θετῶν διὰ τὴν τῆς ὠμότητος χαλεπηνάντων ὑπερβολὴν
καὶ τίμημα ἐπιθέντων ἀνεχώρησε μὲν βαρυθυμῶν, πα-
ριὼν δὲ διὰ τῆς ἀγορᾶς, ἕνα τῶν ἐρειδόντων τὸν ὄροφον
ἐφελκυσάμενος κίονα ξυμμορίαν μειρακίων κατέχωσεν,
28 *ἣν τῷ διδασκάλῳ προσεδρεύειν αὐτόθι ξυνέβαινεν. Τού-*

11. δὲ] *δέ γε* B. 12. *καὶ τρισαθλίους* om. C. 13. *δημοθοινίαις*] *δημοθυνίαις* B. 14. Ἀστυπαλαιέα] *ἀστυπαλιέα* B. et mox Ἀστυπαλιέυς Κλεομίδη—Ἀστυλεία—et mox Ἀστυλιεὺς C. 18. *ἐν θυσίαις τιμάσθω οὐκέτι θνητὸς ὢν* C.Vb. 21. *οὗτος πύκτης ὢν* Sirm. 23. *τὴν χεῖρα*] *τὴν* om. B. 25. *καὶ* om. B. 27. *ἐρειδόντων*] *ἐρειδότων* C. qui mox *μειράκιον—ἣ τῷ* C.

hospitio quod est juxta ædem Dioscorûm. Leocorion vero est templum Lei filiabus dicatum. Alios item complures infelices ac miseros homunciones in deos rettulerunt, publicoque epulo acceperunt. Pythius enim Apollo Cleomedi Astypalæensi pugili divinos honores conferri jussit, responsumque de hoc edidit Pythia his ferme versibus, *Ultimus heroüm Cleomedes Astypalæeus: Quem sacris colite, haud etenim mortalis habendus.* Ut autem sciatis et vos cujus rei gratia et Jovi et diis aliis Cleomedes pugil annumeratus sit, ipse narrabo. Hic enim cum perduellem athletam uno ictu in certamine perculisset, in apertum latus manu injecta viscera comprehendit. Ludorum autem præfectis ob eximiam crudelitatem graviter commotis, mulctamque decernentibus, ille quidem indignabundus sese inde subduxit, perque forum transiens columnam ex iis qui tectum porticus fulciebant impulsam proruit: eaque ruina integrum adolescentium cœtum obtexit, qui suo cum præceptore ibi forte tunc considebat. Hujus itaque tam præclari facinoris cau-

των αὐτὸν εἵνεκα τῶν κατορθωμάτων ὁ Πύθιος συνέταξε τοῖς θεοῖς. Καὶ Ἀδριανὸν δὲ τὸν Ῥωμαίων βασιλέα φασὶν Ἀντίνοον, παιδικὰ γενόμενον αὐτοῦ, θεὸν ἀναγορεῦσαι, καὶ νεὼν οἰκοδομῆσαι, καὶ θείας ἀξιοῦσθαι παρὰ τῶν ὑπηκόων προστάξαι τιμῆς. Καὶ τὰ Ὑακίνθια δὲ οἱ Σπαρτιᾶται ἑορτὴν μεγίστην καὶ δημοθοινίαν ἐνόμιζον.

29 Τί δήποτε τοίνυν οἱ τοσούτους νεκροὺς ὠνομακότες θεοὺς νεμεσᾶτε ἡμῖν, οὐ θεοποιοῦσιν, ἀλλὰ τιμῶσι τοὺς μάρτυρας, ὡς Θεοῦ γε μάρτυρας καὶ εὔνους θεράποντας; Ἀνθ' ὅτου δὴ μολυσμοῦ τινος μεταλαμβάνειν νομίζετε τὸν ταῖς θήκαις τῶν τεθνεώτων πελάζοντα; ἀνοίας γὰρ
30 ταῦτα καὶ ἀμαθίας ἐσχάτης. Καὶ γὰρ Ἀθήνησιν, ὡς Ἀντίοχος ἐν τῇ ἐνάτῃ γέγραφεν ἱστορίᾳ, ἄνω γε ἐν τῇ ἀκροπόλει Κέκροπός ἐστι τάφος παρὰ τὴν Πολιοῦχον αὐτήν· καὶ ἐν Λαρίσσῃ τῇ γε Θετταλικῇ πάλιν ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἀθηνᾶς τὸν Ἀκρίσιον τεθάφθαι φησίν· ἐν

29. αὐτὸν] αὐτῶν B. αὐτῶν C. 32. Ἀντίνοον] ἀντινόου C. et mox om. [αὐτοῦ.] αὐτῷ ἢ αὐτοῦ Vb. Dedi παιδικὰ pro παῖδα. Cf. Sylburg. 36. οἱ] ὁ C. 38. γε μάρτυρας] θεράποντας C. 39. δὴ] δὲ B. Om. C. ib. μεταλαγχάνειν] μεταλαμβάνειν B. 41. ἀμαθίας ἐσχάτης] ἐσχάτης ἀμαθίας C. 42. Ἀντίλοχος] Ἀντίοχος B.Va. Mox γεγράφηκεν Vb. Tum ἐν τῇ—ἄνω γε om. C. 45. τῇ] τῇ γε B. 46. τεθάφθαι] τεθνάναι B.

sa Pythius Apollo eum divis adjunxit. Hadrianum præterea Romanorum imperatorem ferunt puerum Antinoüm in deorum numerum retulisse, temploque illi exstructo edixisse omnibus imperio Romano subjectis, ut divinis honoribus eum prosequerentur. [Vid. Clem. Al. in Euseb. P. E. p. 70.] Spartiatæ vero Hyacinthia solennitatem maximam legitimamque habebant, quam etiam largissimo epulo celebrabant.

Quid igitur, viri Græci, qui defunctos tot numero homines appellatis deos, adversus nos indignationem concipitis, cum nullos quidem nostrorum hominum referamus in deos; quamquam debitos honores martyribus persolvamus, ut Dei testibus servisque amantissimis? Cur et eum inquinari polluique censetis, qui ad loculos defunctorum accedat? Esse hoc extremæ ignorantiæ dixerim, maximæque dementiæ. Athenis enim, sicut Antiochus in nono historiæ suæ libro testatur, sepulcrum Cecropis in ipsa arce positum est juxta Minervam civitatis custodem: ac in Larissa Thessaliæ urbe, ejus-

δὲ Μιλήτῳ τὸν Κλεόμαχον ἔνδον ἐν τῷ Διδύμῳ κεῖσθαι εἴρηκε Λέανδρος· τὴν δὲ Λυκοφρόνην ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἐν Μαγνησίᾳ ταφῆναι Ζήνων ὁ Μύνδιος ἔφη· τὸν ἐν Τελμησῷ δὲ βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος μνῆμα εἶναι Τελμησέως τοῦ μάντεως ἱστοροῦσιν. Ἀλλ' ὅμως οὔτε οἱ τηνικάδε θάψαντες μιαίνειν ὑπέλαβον τοὺς βωμοὺς, οὔτε οἱ ὕστερον θύοντες ἄγους ἐκεῖθεν μετα-
31 *λαγχάνειν ἐνόμιζον. Τοπάζετε δὲ τοῦτο ὑμεῖς μόνοι, οἱ* 116
δὲ παλαιοὶ τούτων οὐδὲν ὑπέλαβον. Καὶ γὰρ δὴ καὶ Ὅμηρος δείκνυσιν ἐν τοῖς ἔπεσι τὸν Ἀχιλλέα τὸν Πηλέως, τὸν Αἰακίδην, τὸν ἐκ Θέτιδος, τὸν ἐκ Διὸς καθ' ὑμᾶς, περιπτυσσόμενον νεκρὸν τοῦ Πατρόκλου τὸ σῶμα, καὶ ἡνίκα τῇ πυρᾷ τοῦτο προσέφερον οἱ Μυρμιδόνες τὴν κεφαλὴν φέροντα, εἶτα τὴν πυρὰν κατασβεννύντα, καὶ τὰ ὀστᾶ ξυλλέγοντα, καὶ ταῦτα ἐν χρυσῇ φιάλῃ τιθέντα, καὶ ἔνδον εἰς τὴν σκηνὴν κομίζοντα τὴν αὑτοῦ.

47. *ἔνδον* om. B.Va. 48. Μαγνησίᾳ] *μαγνησίῳ* C. 49. Τελμησῷ] Τελμισῷ B. qui mox Τελμισέως ubi C. Τελμεσέως. 50. *τοῦ* Ἀπόλ.] *τὸν* Ἀπολ. C.

116, 1. *μόνοι ὑμεῖς*] *ὑμεῖς μόνοι* B. 2. *ὑπέλαβον*] *ὑπελάμβανον* B.Va. 4. *ἐκ* om. B. 6. *τοῦτο τῇ πυρᾷ*] *τῇ πυρᾷ τοῦτο* B. ib. *Μυρμηδόνες τὴν κ. κείροντα*] *μυρμυδόνες ἐστὴν κ. φέροντα* B. Hoc recte: v. Il. ψ'. 136. *κείραντα* C. 9. *τιθέντα*] *θέντα* B.Va. ib. *ἑαυτοῦ τὴν σκηνὴν κομίζοντα*] *τὴν σκ. κ. τὴν αὐτοῦ* B.Va.

demque Minervæ templo, Acrisium conditum esse aiunt: in Didymo autem, sacro Milesiæ urbis loco, situm esse Cleomachum Leander scribit: Zeno autem, in Dianæ Magnesiæ templo Lycophronen conditam esse: nec desunt qui Apollinis aram quæ est in Telmesso monumentum esse dicant Telmessei cujusdam vatis. Neque tamen qui eos homines tunc ibi sepelierunt opinati sunt ullum se inquinamentum aris afferre. Nec qui ibidem rem divinam faciebant se piaculum committere existimarunt. Soli igitur vos in hac opinione versamini; cum tamen majores vestri tale nihil veriti suspicatique fuerint. Homerus namque in Iliade sua testatur Achillem Pelei filium, Æacique nepotem, quodque ipsi jactatis, Thetide dea prognatum, genusque ab Jove ipso ducentem, Patrocli cadaver ulnis amplexum fuisse: cumque illud Myrmidones ad accensam pyram efferrent, capillum sibi detondisse: tum exstincta pyra cineres collegisse, inditosque aureæ phialæ, in ten-

32 *Καὶ ὁ Θουκυδίδης τῶν ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ τετελευτηκότων διηγεῖται τὸ γέρας, καὶ ὅπως μὲν τὰ εὑρεθέντα σώματα τῶν προσηκόντων ἕκαστος ἠξίου ταφῆς, ἡλίκην δὲ τοῖς ἥκιστα εὑρεθεῖσιν ἐμηχανῶντο τιμὴν, κυπαρισσίνας μὲν κατασκευάζοντες λάρνακας, κοινῇ δὲ πάντες, οἱ μὲν ἡγούμενοι τούτων, οἱ δὲ ἑπόμενοι καὶ παρεπόμενοι, καὶ τάφον κατασκευάζοντες μέγιστον τοῖς ὑπὸ οἰωνῶν ἢ κυνῶν ἢ θώων δαπανηθεῖσιν. Οὕτω καὶ τῶν ἐν Μαραθῶνι παραταξαμένων τοὺς τετελευτηκότας*
33 *ἐτίμησαν. Ὅτι δὲ καὶ χοὰς τοῖς τεθνεῶσι προσέφερον, ἴστε μὲν καὶ ὑμεῖς οἱ νύκτωρ ταύτας παρὰ τοὺς νόμους τολμῶντες· μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ὅμηρος τὸν Λαέρτου δεικνὺς κατά γε τὰς ὑποθημοσύνας τῆς Κίρκης καὶ τὸν βόθρον ὀρύξαντα, καὶ τὰς χοὰς ἐπιτετελεκότα, καὶ ταῦτά γε διηγούμενον τῷ Ἀλκινόῳ· Ἐγὼ γάρ, φησιν,*

ἄορ ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ,
βόθρον ὄρυξα, ὅσον τε πυγούσιον ἔνθα καὶ ἔνθα·
ἀμφ' αὐτῷ δὲ χοὴν χεόμην πᾶσι νεκύεσσι,

10. *τῶν ἐν τῷ*] *τῷ* om. B. 19. *παραταξαμένων*] *παραταξάντων* C. 20. *τεθνεῶσι*] *τετελευτηκόσι* Vb. 21. *ταύτας*] *ταῦτα* C. 23. *ὑποθημοσύνας τῆς*] *ὑποθυμοσύνας* B. 25. *Ἀλκίνῳ*] *Ἀλκινόῳ* B.C. v. infr. p. 159. 4. ed. Sylb. 27. *ὄρυξα*] *ὤρυξα* C. et mox *ἐπυγούσιον*. 28. *αὐτὸν*] *αὐτῷ* B.C. Tum *χεόμην* pro *χέομεν* B. *χεομένην* C.Va. *χέομεν* Vb.

torium detulisse. Thucydides vero historicus effusa narratione commemorat honores qui defunctis in bello Peloponesiaco persoluti sunt. Ait enim singulos inventa propinquorum corpora sepulcris condidisse. Nec prætermittit quo justorum ritu honestata fuerint quæ inveniri non potuerunt. Cyparissinos enim loculos communi quadam funeris pompa alii præcedebant, alii sequebantur, alii ab lateribus constipabant. Tum et illis immanem tumulum dedicarunt, quotcumque avium rostris, canumve rictibus aut lyncum, discerpta et absumpta fuerant. Ita et eos honestandos curarunt qui pro patria libertate pugnantes in campis Marathoniis ceciderunt. Quod autem majores vestri etiam libamina defunctis obtulerint, conscii et vos estis qui nocte intempesta præter legum sanctiones id nunc facere audetis. Sedenim Homerus quoque testatur [Od. λ'. 24]. Is enim Ulyssem inducit Laërtæ filium, Circe ita fieri præcipiente, egesta terra in foveam libamina effudisse. Idque Ulysses Alcinoo Phæacum regi ita factum commemorat: *Hic ego diripui va-*

πρῶτα μελικρήτῳ, μετέπειτα δὲ ἡδέϊ οἴνῳ,
τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι· ἐπὶ δ' ἄλφιτα λευκὰ πάλυνα.
πολλὰ δὲ γουνούμην νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα,
ἐλθὼν εἰς Ἰθάκην, στεῖραν βοῦν, ἥτις ἀρίστη,
ῥέξειν ἐν μεγάροισι, πυρήν τ' ἐμπλησέμεν ἐσθλῶν·
Τειρεσίῃ δ' ἀπάνευθεν ὄϊν ἱερευσέμεν οἴῳ
παμμέλαν', ὃς μήλοισι μεταπρέπει ἡμετέροισι.
τοὺς δ' ἐπεὶ εὐχωλῇσι λιτῇσι τε ἔθνεα νεκρῶν
ἐλισάμην, τὰ δὲ μῆλα λαβὼν ἀπεδειροτόμησα
εἰς βόθρον· ῥέε δ' αἷμα κελαινεφές· αἱ δ' ἀγέροντο
ψυχαὶ ὑπ' ἐξ ἐρέβευς νεκύων κατατεθνειώτων.

34 Εἶτα ἐξηγεῖται ὅπως ὁ τῶν ψυχῶν ξυνέθεεν ὅμιλος, καὶ μεταλαβεῖν ἠπείγετο τῶν χοῶν. Καὶ τί λέγω τὸν ποιητήν; Ἀριστοκλῆς γὰρ ὁ Περιπατητικὸς Λύκωνά φαναι τὸν Πυθαγόρειον ἔφη, ὡς Ἀριστοτέλης ὁ Νικομάχου θυσίαν τετελευτηκυίᾳ τῇ γυναικὶ τοιαύτην εἰώθει προσφέρειν, ὁποίαν Ἀθηναῖοι τῇ Δήμητρι. Ἡμεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες, οὔτε θυσίας, οὔτε μὴν χοὰς τοῖς μάρτυσιν ἀπονέμομεν, ἀλλ' ὡς θείους καὶ θεοφιλεῖς γεραίρομεν ἄν-

35. Τηρεσίῃ C. 36. *μήλοισι*] *μετλησι* C. qui in seqq. *εὐχωλῆς λυτήσητε* et *ἐλισσάμην*. 37. *ἐπὶ εὐχωλῇσι*] *ἐπεὶ εὐχολῇσι* B. 39. *ἔρρει*] *ῥέαι* B. *ῥέεν* Va. 43. *μεταλαβεῖν ἡγεῖτο*] *μετελάμβανε* C.Vb. *ἠπείγετο* Va. pro *ἡγεῖτο*. 44. *γὰρ ὁ*] *γὰρ* om. B. 45. *Πυθαγόρειον*] *Πυθαγορικὸν* B. *Πειθαγορικὸν* Va. 46. *τετελευτηκυῖαι* B.

gina interritus ensem, Diffodique solum spatio non amplius ulnæ. Manibus ad circum stygiis libamina sacra, Mulsa quidem primo, dehinc dulcia vina Lyæi, Mox et aquæ latices, et adorea munera fudi. Votaque suppliciter vovi imbecillibus umbris: Si teneam portus Ithacæ, redolentia propter Ligna pyræ, lectæ ac sterilis bovis exta daturum, Tiresiæ soli pecudem nigrantibus atram Velleribus, quæ prima gregis sit gloria nostri. Ast ubi jam manes precibus sacrisque litavi, Tergora diripui pecudum, jugulosque reclusi. Tum niger in foveam cecidit cruor, ivit et una Ex Erebo superas animarum cœtus ad auras. Narrat præterea quo pacto animarum turba concursu magno festinarit ad ea libamina percipienda. Quid ego autem vobis nunc poëtæ versus adduco? Aristocles enim Peripateticus Lyconem Pythagoricum testem citat, Aristotelem Nicomachi filium eo ritu mortuæ uxori rem divinam facere solitum, quo Athenienses deæ Cereri faciebant. Atqui nos, o Græci homines, nec hostias martyribus, nec libamina ulla deferimus; sed ut sanctos homines Deique amicissimos honoramus. Tanto enim amore creatorem

δρας. Οὕτω γὰρ τοῦ πεποιηκότος καὶ σεσωκότος ἠράσθησαν, ὡς τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ σφαγὴν ὑπολαβεῖν ἀξιέραστον.

35 Εἰ δὲ ἀναισθήτως αὐτοὺς ἔχειν τῶν γιγνομένων νομίζετε, καὶ μὴ θείας τινος καὶ τρισολβίας ὄντως λήξεως 117 ἀπολαῦσαι, Πίνδαρος ὁ λυρικὸς ταύτην ὑμῶν ἐκβαλλέτω τὴν δόξαν, λέγων ὧδί·

Ψυχαὶ δ' εὐσεβῶν, ἐν οὐρανοῖς ναίουσαι,
μολπαῖς μάκαρα μέγαν ἀείδουσιν ἐν ὕμνοις.

36 Εἰ δὲ τῶν εὐσεβῶς βεβιωκότων οὐρανὸς ἐνδιαίτημα, ταύτην ἔχουσι τὴν λῆξιν οἱ μάρτυρες· τούτων γὰρ οὐδὲν εὐσεβέστερον· καὶ Ἐμπεδοκλῆς δὲ ὁ Ἀκραγαντῖνος οὕτω φησιν,

Εἰς δὲ τέλος μάντεις τε καὶ ὑμνοπόλοι καὶ ἰητροὶ
καὶ πρόμοι ἀνθρώποισιν ἐπιχθονίοισι πέλονται·
ἔνθεν ἀναβλάστουσι θεοὶ τιμῇσι φέριστοι.

37 Εἰ δὲ μάντεις καὶ ἰατροὺς τοσαύτης ἔφησεν ἐκεῖνος ἀξιοῦσθαι τιμῆς, τί ἂν εἴποι τις περὶ τῶν τοσαύτην ἐπιδειξαμένων ὑπὲρ εὐσεβείας ἀνδρείαν, οἷς τοὖργον οὐ

117, 4. *ναίουσαι*] *νέουσαι* B.Va. *ἐοῦσαι* C.Vb. qui supra *εὐσεβέων*. 5. *ἀείδουσ'—βεβαιωκότων* B. *ἀείδουσιν ὕμνοις* Vb. 11. *ἀναβλαστάνουσι*] *ἀναβλάστουσι* B. Dedi *ἔνθεν* pro *ἔνθ'* cum Clemente Strom. IV. p. 632, 16. Pott. 12. *τοσαύτης*] *τοιαύτης* B. 14. *ἀνδρίαν* B. hic et mox.

Deum generisque humani vindicem prosequuti sunt, ut amabile illis fuerit pro accepta semel religione jugulum percussori porrigere.

Quod si forte existimatis eos sine sensu nunc esse, nec ita potius decessisse ut beati finis fructus percipiant, Pindarus hanc a vobis opinionem extrudat, quo loco hæc ait: *Animæ piorum cælos colentes, Cantu beatum et magnum in hymnis canunt.* Si ergo cælum sedes illorum est qui pie vitam duxerunt, hunc profecto finem sui cursus et martyres consequuti jam sunt. His enim magis pium esse nil potest. Empedocles quoque Agrigentinus ita quorumdam felicitatem commendat: *Hymnidici vates, artis medicæque periti, Mortales cunctos primi post terga relinquunt, Sunt ubi dii superi magnis in honoribus aucti.* Quod si vatibus ac medicis tantum ille honoris repensum prodidit, quid de illis dicendum sit, qui pro religione ac pietate tanta fortitudinis

*μόνον ἀνδρείαν, ἀλλὰ καὶ δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην
καὶ σοφίαν καὶ φρόνησιν μαρτυρεῖ; Τί γὰρ σωφρο-
νέστερον τῶν οὐκ ἀνασχομένων ἐκείνων ἐκστῆναι, ἅπερ
ἐξ ἀρχῆς εὖ ἔχειν ὑπέλαβον; Τί δὲ δικαιότερον τῶν τὰς
θείας εὐεργεσίας ἀμειψαμένων σφαγῇ, καὶ τὰ σώματα
ἐκδεδωκότων ὑπὲρ τοῦ τὸ σῶμα παραδεδωκότος σταυρῷ;*
38 *Τί δὲ φρονιμώτερον ἢ σοφώτερον τῶν οὕτω ταῦτα βου-
λευσαμένων, καὶ τῶν μὲν τῇδε καταπεφρονηκότων, ὡς
βέβαιον οὐδὲν ἐχόντων οὐδὲ μόνιμον, ἐρασθέντων δὲ
ἐκείνων ἃ λόγος ἑρμηνεύειν οὐ δύναται; Τί δὲ ἀνδρικώ-
τερον τῶν ἀνταγωνισαμένων πρὸς πολλὰ παθήματα καὶ
διάφορα, καὶ τοὺς κολάζοντας νενικηκότων τῇ καρτερίᾳ*
39 *τῆς γνώμης; Τοιγάρτοι οὗτοί γέ εἰσιν ἀτεχνῶς πρόμοι
ἀνθρώπων, καὶ πρόμαχοι καὶ ἐπίκουροι, καὶ τῶν κακῶν
ἀποτρόπαιοι, τὰς ὑπὸ τῶν δαιμόνων ἐπιφερομένας ἀπο-
διοπομπούμενοι βλάβας. Ὁ δέ γε Ἡράκλειτος καὶ
τοὺς ἐν [τοῖς] πολέμοις ἀναιρεθέντας πάσης ἀξίους
ὑπολαμβάνει τιμῆς· Ἀρηϊφάτους γάρ, φησιν, οἱ θεοὶ*

24. *οὐδὲ μόνιμον*] *καὶ μόνιμον* Va. 25. *ἑρμηνεύειν*] *ἑρμηνεῦσαι* B. 28. *ἀτεχνῶς*] *ἀληθῶς* C.Vb. 30. *ἐπιφερομένας*] *φερομένας* Va. 32. [*τοῖς*] om. C.

ediderunt exempla, quibusque res actæ in vita non solum fortitudinis, sed justitiæ, temperantiæ, ac prudentiæ fidem conciliant? Quid enim esse illis temperatius possit, qui noluerunt ab incœptis illis dogmatisque discedere, quæ olim bona esse crediderunt? Quid vero sit illis etiam justius, qui divina munera sibi exsecto jugulo compararunt, suaque ipsi corpora pro eo tormentis omnibus objectarunt, qui cruci corpus suum pro nobis tradidit? Quid porro prudentius, quid sapientius dici queat iis qui hoc consilii captaverunt, ut quæcumque sunt in hoc terrarum orbe contemnerent, velut ea quæ nihil habent stabile ac mansurum; illa autem toto pectore adamarent, quæ sermone ullo exprimi non possunt? Quid denique fortius eis sit qui multa variaque certamina subeuntes, animi constantia eos vicerunt a quibus acerrime torquebantur? Hi sunt igitur vere hominum duces, principes, propugnatores, custodes, per quos a nobis infortunia avertuntur, proculque arcentur qui a dæmonibus inferuntur mala. Heracletus profecto etiam eos qui in bello occisi essent nullo non dignos honore existimavit. *Quos*

τιμῶσι καὶ οἱ ἄνθρωποι. Καὶ πάλιν, *Μόνοι γὰρ μείζονες*
40 *μείζονος μοίρας λαγχάνουσιν.* Ἀλλὰ τόνδε τὸν λόγον ἔγωγε οὐ προσίεμαι· πλεῖστοι γὰρ δὴ παμπόνηρον ἀσπασάμενοι βίον τὸν βίαιον ὑπέμειναν θάνατον. Εἰ τοίνυν τοὺς ἀρηϊφάτους ἅπαντας προσήκει τιμᾶν, ὥρα ὑμῖν καὶ τοῖς Οἰδίπου παισὶ τόδε ἀπονεῖμαι τὸ γέρας, οἳ τὸν πατέρα μὲν κατέλιπον ἀτημέλητον, ἕνεκα δὲ τυραννίδος κατ' ἀλλήλων λυττήσαντες τῷ ἀλλήλων αἵματι
41 τὰς οἰκείας ἐφοίνιξαν δεξιάς. Τιμητέον δὲ ἄρα καὶ τοὺς Πεισιστρατίδας ὑπὸ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος ἐνδίκως ἀναιρεθέντας. Ἀλλὰ τοὐναντίον ἔδρασαν Ἀθηναῖοι· τοὺς γὰρ ἀνελόντας χαλκαῖς εἰκόσιν ἐτίμησαν, καὶ τῷ γένει τῷ τούτων ἀτέλειαν ἐδωρήσαντο. Οὐκ οὖν πάντας ἀρηϊφάτους κατὰ τὸν Ἡράκλειτον τιμητέον, ἀλλ' ἐκείνους ὅσοι τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀσπασίως κατεδέξαντο θάνατον· ἐκεῖνοι γὰρ ἀληθῶς, κατά γε τοῦτον αὐτὸν, μόνοι μείζονες. Οὗ δὴ εἵνεκα καὶ μείζονος ἀπολαύουσι μοίρας, καὶ νῦν τὸ παρὰ πάντων ἀνθρώπων κομιζόμενοι γέρας, καὶ τοὺς αἰωνίους στεφάνους

34. ἄνθρωποι] οἱ ἄνθρωποι B. 42. τῷ ἀλλ'.] τῶν ἀλλ. B. 47. τούτων] τῷ τούτων B. 49. ὅσοι] οἳ B.Va. 51. μείζονος] μείζονας Va. 52. κομίζονται] κομιζόμενοι B. ἀνθρώπων om. C.

enim Gradivus, inquit, *occidit, et dii et homines honore prosequuntur.* Rursusque alibi; *Soli enim majores majorem sortem nanciscuntur.* Hanc vero illius orationem haud equidem ipse admitto. Quamplurimi enim qui sceleste vitam peregerunt violentam mortem perpessi sunt. Si ergo omnes qui in bello cæsi procubuerunt honorari conveniat, continuo vel Œdipi filiis Eteocli ac Polynici hoc a nobis præmii persolvetur; qui patre per contemptum posthabito, tyrannidem affectantes, mutua in se rabie conversi, alter alterius sanguine dextras cruentarunt. Honoribus item et Pisistratidæ honestandi erunt, ab Harmodio et Aristogitone jure optimo trucidati. Verum multo aliter fecisse Athenienses inveniuntur. Percussoribus enim statuas æreas posuerunt, eorum posteris immunitate tributorum concessa. Non sunt itaque omnibus ferro peremptis, ut Heracletus ait, honores dandi; sed iis perfecto qui præ sua in Deum pietate necem alacres exceperunt. Hi namque (ut ipsius verbis utar) soli nimirum aucti majoresque sunt. Ideoque

προσμένοντες. Ἐκεῖνο δὲ τοῦ Ἡρακλείτου μάλα θαυ- 118
μάζω, ὅτι μένει τοὺς ἀνθρώπους ἀποθνήσκοντας ὅσα οὐκ
42 ἔλπονται οὐδὲ δοκέουσι. Ὅτι δὲ καὶ θείας λήξεως ἀπο-
λαύουσιν αἱ τῶν ὁσίων ψυχαὶ, καὶ ὁ Πλάτων δεδήλωκεν
ἐν τῷ Φαίδωνι, λέγων ὧδε· Οἳ δὲ δὴ ἂν δόξωσι διαφε-
ρόντως πρὸς τὸ ὁσίως βιῶναι προκεκρῖσθαι, οὗτοί εἰσιν οἱ
τῶνδε μὲν τῶν ἐν τῇ γῇ ἀπαλλαττόμενοι ὥσπερ δεσμωτηρίου,
ἄνω δὲ εἰς καθαρὰν οἴκησιν ἀφικνούμενοι. Προστέθεικε δὲ
μετ' ὀλίγα καὶ ταῦτα· Καὶ εἰς οἰκήσεις ἔτι τούτων καλ-
λίους ἀφικνοῦνται, ἃς οὔτε ῥᾴδιον δηλῶσαι, οὔτε ὁ χρόνος
43 ἱκανὸς ἐν τῷ παρόντι. Ἵνα δὲ μή τις τούτων ἀκούσας
καὶ τῆς θείας ἐκείνης διαγωγῆς ἐρασθεὶς εὐαγὲς ὑπο-
λάβοι τὸ βίᾳ τινὶ καὶ ἀνάγκῃ ἑαυτὸν ἐντεῦθεν ἐξαγα-
γεῖν, ἀναγκαίως ἐπήγαγεν· Οὐ δεῖ δ' ἑαυτὸν ἐκ ταύτης
λύειν, οὐδὲ ἀποδιδράσκειν, καὶ ξυνελόντι εἰπεῖν κακὴν λο-
44 γίζεσθαι τὴν ὕλην. Λέγει δὲ καὶ ὡς αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἡ
ψυχὴ γενομένη δύναται τῆς ἀληθινῆς σοφίας καὶ κρεῖτ-

118, 1. μάλα] μᾶλλον Va. v. seq. οἷα Vb. pro ὅσα. 6. πρὸς τῷ—βεβιωκέναι] πρὸς τὸ—βιῶναι B.C.Va. 7. γῇ suprasc. B. τῶν ἐν τῇ γῇ μὲν C. 14. ὑπολάβῃ] ὑπολάβοι B. 16. δ' ἑαυτὸν—οὐδὲ] δὲ αὐτὸν—ἢ καὶ B. οὐδεὶς δὲ αὐτὸν C. Mox ἢ οὐδὲ καὶ ἀποδιδράσκειν C. ni fallor. 18. αὐτὴν] ἑαυτὴν B.C.

majori sorte merito perfruuntur, qui nunc et a cunctis late mortalibus honores amplissimos ferunt, et æternis insigniri coronis exspectant. Verum illud Heracleti dictum valde admiror; *Manere morientes homines ea, quæ neque sperant, neque exspectant.* Quod autem sanctorum animæ beati finis jucundissimos fructus percipiant, Plato quoque in Phædone ostendit. Ait enim [p. 114 B.]: *Qui autem videantur vitæ sanctitate præ ceteris egregii fuisse, hi sunt qui terrenis malis veluti quodam carcere liberantur, ad supernam vero puram illam habitationem perveniunt.* Paulo vero mox et hoc addidit; *Ad habitacula vero multo his quoque pulchriora perveniunt; quæ neque facile ostendi possunt, neque mihi ad hæc explicanda nunc tempus datur.* Ne quis vero cum hæc dici audiret, desiderio illius divinæ vitæ succensus, æquum sanctumque existimaret, violentas sibi manus inferendo, sese ipsum de hac vita extrudere, necessario addidit [p. 62 B.]: *Nefas est autem sese ipsum quemquam de hoc solvere habitaculo, fugamque hinc arripere, atque ut paucis dicam, malam esse materiam arbitrari.* Ait vero

τονος τῆς ἀνθρωπίνης δυνάμεως μεταλαβεῖν, ὅταν αὐτὴν ὁ ἐνθένδε ἔρως εἰς οὐρανὸν πτερώσῃ διὰ τῆς φιλοσόφου ἀγωγῆς εἰς τὸ τῆς ἐλπίδος τέλος ἀφικομένην, ἄλλου
Sed neque apud Lacedæmonios est videre patrio ritu hospites e finibus pelli, non captivos ac spurios servitutem servire, non eos asseri in libertatem quos ipsi neodamodes vocabant; non denique ex Lycurgi legibus licenter pueros adamari, neque cuiquam fas esse mutuo abusu nuptias violare. Lycurgus enim ille qui Græcorum sapientium judicio censetur optimus legum lator, suis in legibus scriptum reliquit, ut aiunt qui de republica Lacedæmoniorum scripserunt, licere eis qui nuptiale jugum subierunt, viris quidem, ex alienis uxoribus; fœminis autem, ex alienis maritis sibi filios comparare; ita sese impune licenterque commiscentibus. Has vero Lycurgi leges et Plato admiratus est, quamque ipse civitatem instituendam suscepit, his gubernari legibus jubet. Sed nos philosophum Platonem, quem et philosophorum et eorum qui tulerunt leges jactant optimum esse, ad extremum confutationis locum rejiciamus: nunc vero Pythiarum legum (nihil enim refert easdem

τούτους ἀργεῖν, καὶ τοὺς σφετέρους κρατεῖν, καὶ διελύθη τῶν Λυκούργου τὸ ἄμαχον κράτος· τῶν δὲ ἁλιέων τε καὶ τῶν τελωνῶν καὶ τοῦ σκηνορράφου τοὺς νόμους οὐ Γάϊος ἴσχυσεν, οὐ Κλαύδιος καταλῦσαι, οὐ Νέρων ὁ μετ' ἐκείνους, καὶ ταῦτα δύο τῶν νομοθετῶν τοὺς ἀρίστους κατακοντίσας, καὶ γὰρ [τὸν] Πέτρον ἐκεῖνος καὶ
21 [τὸν] Παῦλον ἀνεῖλεν· ἀλλ' οὐ ξυνανεῖλε τοῖς νομοθέταις τοὺς νόμους· οὐκ Οὐεσπασιανὸς, οὐ Τίτος, οὐ Δομετιανὸς, καὶ ταῦτα πολλοῖς κατ' αὐτῶν καὶ παντοδαποῖς χρησάμενος μηχανήμασι· πολλοὺς γὰρ δὴ τούτους ἀσπαζομένους τῷ θανάτῳ παρέπεμψε, παντοδαπαῖς κολαστηρίων ἰδέαις χρησάμενος. Καὶ Τραϊανὸς δὲ καὶ Ἀδριανὸς σφόδρα κατὰ τῶνδε τῶν νόμων παρεταξάτην· ἀλλὰ τὴν μὲν Περσῶν ὁ Τραϊανὸς δυναστείαν κατέλυσε, καὶ Ἀρμενίους τῷ Ῥωμαίων ὑπέταξε χαλινῷ, καὶ μέντοι καὶ τὰ Σκυθικὰ ἔθνη τοῖς σκήπτροις ὑποκύπτειν ἠνάγκασε· τὴν δὲ τῶν ἁλιέων καὶ τοῦ σκυ-

25. σφετέρους] σοφωτέρους C. qui tum om. καί. 26. Λυκούργου] Λυκούργων Va. Λυκουργείων Vb. f. e conj. 27. τελωνῶν] τῶν τελ. B. 30. τὸν om. B. 31. ἐκεῖνον] ἐκεῖνος B.C. 32. οὐκ] οὐ B. om. C. 37. ἰδέαις χρησάμενος] χρησάμενος ἰδέαις B. 38. νόμων] νομοθετῶν B. 40. Ἀρμενίους] Sic B. ex em. qui mox τῷ pro τῶν.

et Lycurgicas appellari) refellamus infirmitatem. Simul enim Romani jusserunt has cessare leges, et suas accipi. Ergo inexpugnabilis illa vis Lycurgicarum legum soluta est. At leges quas nostri piscatores ac publicani, quasque sutor tentoriorum tulerunt ac promulgarunt, non Caius, non Claudius, dissolvere potuerunt, nec qui eis successit Nero. Hic enim, tametsi duos optimos legislatores sua immanitate prostraverit; Petrum namque ac Paulum interfici jussit; at certe quas illi promulgarunt leges minime sustulit. Non denique Vespasianus, non Titus, non Domitianus; quamquam multis ac variis machinationibus eas oppugnare contenderit. Multos enim de medio sustulit qui se legibus illis addixerant, omne tormentorum genus contra eos intendens. Trajanus insuper atque Hadrianus magno se apparatu contra eas leges instruxerunt. Ac Trajanus quidem Persarum potentatum dissolvit, Armeniosque Romanorum freno subjecit; Scythicas præterea nationes compulit sceptris suis parere: piscatorum tamen nostri-

22 τοτόμου καταλῦσαι νομοθεσίαν οὐκ ἴσχυσε. Καὶ Ἀ-
δριανὸς τῶν μὲν τὸν Ἰησοῦν ἐσταυρωκότων ἄρδην τὴν
πόλιν κατέλυσε, τοὺς δὲ τούτῳ πεπιστευκότας ἀφεῖναι
τὴν ἐκείνου δουλείαν οὐκ ἔπεισε. Καὶ Ἀντωνῖνος δέ, ὁ
μετ' ἐκεῖνον, καὶ Οὔηρος ὁ ἐξ ἐκείνου, πολλὰ μὲν καὶ λαμ-
πρὰ κατὰ βαρβάρων τρόπαια ἐστησάτην, καὶ αὐτόνομον
βίον ἀσπαζομένοις τὸν τῆς δυναστείας ἐπετεθεικάτην
ζυγόν· τοὺς δὲ τὸν τοῦ σωτηρίου σταυροῦ ζυγὸν φέρειν
ἠγαπηκότας οὔτε ἐπεισάτην οὔτε ἠναγκασάτην κατα-
λιπεῖν ὃν ἠγάπησαν, καὶ ταῦτα πολλαῖς μὲν ἀπειλαῖς
23 δεδιξάμενοι, παμπόλλαις δὲ τιμωρίαις χρησάμενοι. Καὶ 127
ἵνα Κόμοδον καταλείπω καὶ Μαξιμιανὸν καὶ τοὺς ἄλ-
λους ἅπαντας τοὺς ἄχρις Αὐρηλιανοῦ καὶ Κάρου καὶ
Καρίνου βεβασιλευκότας, τίς ἀγνοεῖ Διοκλητιανοῦ καὶ
Μαξιμιανοῦ καὶ Μαξεντίου καὶ Μαξιμίνου καὶ Λικινίου
τὴν κατὰ τῆς εὐσεβείας μανίαν; Οὐ γὰρ καθ' ἕνα γε
οὗτοι, οὐδὲ κατὰ δύο ἢ τρεῖς, τοὺς τῷ Χριστῷ πεπιστευ-

43. νομοθεσίαν] τὴν νομοθ. Va. 46. ἐκεῖνον] ἐκείνους B.C. 47. Βῆρος] Οὔηρος B. 49. ἀσπασαμένοις—ἐπεθηκάτην] ἀσπαζομένοις—ἐπιτεθεικάτην B.C. 50. τὸν τοῦ om. B. qui mox τὸν ζυγόν. ult. δεδειξάμενοι] δεδιξάμενοι B.

127, 1. καταλείψω] καταλίπω B.V. Mox Μαξιμίνον Urs. Μαξιμῖνον Sirm. D. 2. αὐριλλιανοῦ C. 4. Μαξεντίου] Μαξεντίνου B. et sic D. qui om. καὶ Μαξιμίνου. 5. Λικινίου] Λικιννίου B. qui statim om. τήν. λυκινίου C. 6. ἢ τρεῖς] καὶ τρεῖς B.

que sutoris abolere leges non potuit. Hadrianus vero urbem Judæorum a quibus crucifixus est Christus totam diruit et evertit: at eos qui in Christum crediderunt, abducere a Christi servitute non potuit. Antoninus quoque qui Hadriano successit, quique ex eo genitus est Verus, quamplurima tropæa devictis barbaris excitarunt, libertatemque adamantibus populis jugum Romanæ ditionis imposuerunt: neque tamen eos qui lubentes Christi jugum ferebant, aut vi aut suasionibus impulerunt missum facere quem tantopere diligebant; cum tamen illos et minitando terrerent, et irrogatis suppliciis cruciarent. Atque ut Commodum Maximianumque silentio transeam, ceterosque item impp. qui ad Aureliani tempora, Cari, Carinique regnarunt; quis ignorat quæ Diocletiani, Maximiani, Maxentii, Maximini, Licinniique fuerit contra Christianam pietatem insania? Neque enim singulos Christianos binosve

κότας, ἀλλ' ἀγεληδὸν κατηκόντιζον, καὶ κατὰ χιλίους
24 καὶ μυρίους ἀνῄρουν. Ἐν δέ τισι πόλεσι καὶ τὰς ἐκκλη-
σίας ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν καὶ παίδων πεπληρωμένας
ἐνέπρησαν· καὶ κατ' αὐτήν γε τὴν τοῦ σωτηρίου πάθους
ἡμέραν, ἐν ᾗ καὶ τοῦ πάθους καὶ τῆς δεσποτικῆς ἀνα-
στάσεως τὴν μνήμην πανηγυρίζομεν, ἁπάσας τὰς ἐν τῇ
25 Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ κατέλυσαν ἐκκλησίας. Ἀλλὰ τὰς
μὲν τῶν λίθων ἁρμονίας διέλυσαν, τὴν δὲ τῶν ψυχῶν
εὐσέβειαν οὐ κατέλυσαν. Ὁποῖα δὲ [κατὰ Χριστιανῶν]
κἀν τῇ Ἰουλιανοῦ βασιλείᾳ τετόλμηται, ἴσασι μὲν οἱ
γεγηρακότες, ἀκηκόαμεν δὲ καὶ ἡμεῖς διηγουμένων τῶν
τὴν τραγῳδίαν [ἐκείνην] ἑορακότων· ἀλλ' οὗτοι ἅπαν-
τες, τοσοῦτοί γε ὄντες, καὶ τοσαύτην ἰθύνοντες βασι-
λείαν, καὶ τοσούτων βαρβάρων καταλύσαντες θράσος,
καὶ λαμπρῶς ἐν πολέμοις ἠριστευκότες, ἀποχειροβιώτων
ἀνθρώπων καὶ ἀγροίκων καὶ πενίᾳ ξυζώντων καὶ γυναι-
κῶν ἐκ ταλασιουργίας ποριζομένων τὸν βίον, μυρίαις
26 χρησάμενοι μηχαναῖς, οὐκ ἐκράτησαν. Καὶ τί λέγω

13. ἁπάσας] πάσας B. 16. κατὰ Χριστιανῶν om. B. 17. τετόλμηται βασιλείᾳ] βασιλείᾳ τετόλμηται B. 19. [ἐκείνην] om. B. ib. ἑωρακότων] ἑορακότων B. 20. ἰθύναντες] ἰθύνοντες B.C. 24. ξυζώντων] συζόντων Va. συνεζηκότων Vb. ζυζόντων C.

aut ternos, sed simul plurimos oppugnabant, eorumque nunc mille, nunc dena millia trucidari jubebant. Quibusdam vero in civitatibus differtas viris, pueris, mulieribusque ecclesias incenderunt: quodque magis indignum est, in ipso salutiferæ passionis die, quo et passionis et resurrectionis memoriam celebramus, omnes Christianorum ecclesias in Romani imperii finibus destruxerunt; lapidum illi quidem structuras compagesque demoliti, in Christianorum vero pias animas potestate nulla usi. Quæ autem adversum Christianos Apostatæ Juliani temporibus audacissime gesta sint, norunt omnes etiam tempestate nostra paulo seniores: audivimus vero et nos temporum illorum tragœdias, illis narrantibus qui viderunt. Ceterum hi tot numero imperatores, tantaque dominatione orbem gerentes, contusis barbarorum animis, clari bellicis victoriis atque illustres, manualium tamen artificum, rudiumque hominum et pauperrimorum, mulierumque lana et tela victum sibi quærentium, potentes minime fuerunt, quamquam adversus eos machinamentis omnibus usi fuerint. Quid autem grandiores natu

ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας; οὐδὲ γὰρ μειρακίων [τῶν] τὰ πρῶτα στοιχεῖα πεπαιδευμένων τὰς περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἐκβαλεῖν ἠδυνήθησαν δόξας· καὶ κορυβαντιῶντες καὶ λυττῶντες καὶ τεχνάσμασι καὶ σοφίσμασι κεχρημένοι μυρίοις τοὺς τῶν ἁλιέων οὐ κατέλυσαν νόμους, ἀλλ' ἰσχυροτέρους πολλῷ πολεμοῦντες ἀπέφηναν, καὶ ἀτεχνῶς ἐῴκεσαν τοῖς σβεννύναι μὲν ἐθέλουσι φλόγα, ἔλαιον δὲ ταύτῃ προσφέρουσι καὶ σφοδροτέραν
27 ἐργαζομένοις. Καὶ γὰρ δὴ καὶ οὗτοι τῷ κατὰ τῆς εὐσεβείας πολέμῳ κατάδηλον εἰργάσαντο τῆς ἀληθείας τὸ κράτος. Καὶ καθάπερ πάλαι τὴν βάτον ἐκείνην καῖον τὸ πῦρ οὐ κατέκαιεν, οὕτως τοὺς πολεμουμένους τὰ τῶν πολεμούντων οὐκ ἀνήλισκε βέλη. Ἀλλ' ὥσπερ τῶν δρυτόμων τὰ δένδρα τεμνόντων πολλῷ πλείους τῶν τεμνομένων ἐκ τῶν ῥιζῶν παραφυάδες βλαστάνουσιν, οὕτω δὴ τηνικαῦτα τῶν εὐσεβῶν ἀναιρουμένων πολλαπλάσιοι τῇ τῶν εὐαγγελίων διδασκαλίᾳ προσῄεσαν, καὶ

26. τε om. B. 27. [τῶν] om. B. 33. ἐώκεισαν] ἐώκεσαν B. 34. προσρέουσι] προσφέρουσι B.V. προσρένουσι C. Hoc tuetur Sylburgianum προσραίνουσι. αὐτῇ Vb. pro ταύτῃ. 36. κατάλληλον] κατάδηλον B. 37. τὴν βάτον ἐκείνην] τὸν βάτον ἐκεῖνον B. et sic ni fallor Va. 40. τεμνόντων] τεμόντων B. 44. προσήεσαν] προσίεσαν C. Mox κτανθέντων Vb. pro ἐκτμηθέντων.

viros dico ac mulieres, cum ne adolescentes quidem prima litterarum elementa perdoctos, a Dei Servatorisque nostri cultu summovere potuerint. Itaque Corybantum more capita præ furore jactantes, inciti rabie, technisque ac veteramentis usi quamplurimis, piscatorum leges non dissolverunt quidem, sed multo validiores oppugnando eas reddiderunt; planeque illis persimiles inventi sunt, qui flammam quidem restinguere concupiscunt, oleum vero fatui instillantes, ardentiorem illam efficiunt. Etenim hi quoque contra pietatem bello suscepto, piæ veritatis robur manifestius declararunt. Ac veluti quondam rubus ille quem vidit Moses ardore ignis non est absumptus; ita nec Christianos impiorum bellis petitos tela hostilia consumpserunt: quin potius sicut lignatoribus silvam cædentibus multo plures pullulant propagines ab radicibus, quam sint rami qui inciduntur; ita tunc quoque piis compluribus interfectis, multo plures quotidie ad doctrinam evangelicam accedebant; cruorque ille cæsorum corporum irrigatio quædam erat

τὸ αἷμα τῶν ἐκτμηθέντων ἀρδεία τοῖς νεοφύτοις ἐγί-
28 γνετο. Καὶ μαρτυρεῖ τὰ ὁρώμενα· μυριοπλάσιοι γὰρ
τῶν πάλαι πεπιστευκότων οἱ νῦν τῷ τῆς πίστεως ὀνό-
ματι καλλυνόμενοι. Τῶν γὰρ πολεμίων οἱ παῖδες, τὴν
τῶν πατέρων βδελυξάμενοι λύτταν, εἰς τὴν τῶν πολε-
μουμένων μετέβησαν φάλαγγα· καὶ φροῦδα μὲν τὰ τῶν
Ἑλλήνων, καὶ παντελεῖ παραδέδοται λήθῃ, τέθηλε δὲ
τὰ τῶν ἁλιέων, καὶ ὁ παρὰ τούτων κηρυττόμενος Θεὸς
29 εἶναι τῶν ὅλων πεπίστευται. Καὶ τῶν ταῦτα φρονούν- 128
των πλήρεις μὲν αἱ πόλεις, πλήρεις δὲ αἱ κῶμαι, ἐλεύ-
θερα δὲ τοῦ πλάνου τὰ ὄρη. Ἀντὶ γὰρ τῶν βωμῶν
ἐκείνων καὶ τῆς παλαιᾶς ἐξαπάτης οἱ τῶν ἀσκητῶν
ταῦτα οἰκοῦσι χοροὶ, τὸν ἐσταυρωμένον ὑμνοῦντες, καὶ
τὸν ἐκείνου Πατέρα, καὶ τὸ πανάγιον Πνεῦμα.

30 Εἰ δέ τις ὑπείληφε τὴν τῶν βασιλέων εὐσέβειαν κρα-
τῦναι τῶν ἁλιέων τὰ δόγματα, καὶ ταύτῃ δείκνυσι τὴν
τουτωνὶ τῶν δογμάτων ἰσχύν. Οὐ γὰρ ἂν καὶ νόμων
παλαιῶν κατεφρόνησαν, καὶ ξυγγραμμάτων ἀρχαίων,

45. ἀρδεία] ἀνδρεία C.
128, 6. ἅγιον] πανάγιον B.Va. 8. ταύτῃ] ταῦτα B. 9. τὴν om. C.

novis in ecclesia emergentibus plantis. Cujus rei fidem nobis ea faciunt quæ nunc videmus. Infinita enim proportione, qui nunc Christianæ fidei titulo decorantur, eos excedunt qui priscis olim temporibus in Christum crediderunt. Eorum siquidem filii qui Christianam fidem acerrime oppugnarunt, parentum insaniam rabiemque pertesi, ad eorum acies transfugerunt quos a suis parentibus oppugnari videbant. Ex quo factum est ut impios gentium ritus evanuisse cernamus, sempiternæque oblivioni traditos esse; piscatorum vero doctrinam longe lateque pollere; quemque illi prædicarunt, haberi universorum Deum. Plenæ sunt enim civitates, plenæ sunt villæ, hominum in Christum credentium. Montani quoque vertices ab eo quo tenebantur errore liberati jam sunt. Ubi enim prius obscœnæ aræ dæmonum præstigiis imposturisque serviebant, ibi nunc insident monachorum chori, qui Christum crucifixum, Patremque illius Deum, ac Spiritum sanctum laudant.

Si quis autem existimat piscatorum doctrinam, imperatoribus ad fidem Christianam conversis, robur atque incrementa sumpsisse, vel hoc maxime argumento ostendit quanta vis ejus doctrinæ fuerit. Neque enim immutata voluntate traditas a majoribus suis leges

καὶ ἔθους μακροῦ, καὶ πατρῴων δογμάτων, εἰ μὴ τῶν
μὲν ἐθαύμασαν τὴν ἀλήθειαν, τῶν δὲ τὸ μυθῶδες ἐμίση-
31 σαν. Τί δήποτε δὲ μὴ τοὺς παλαιοὺς τῆς ἐκκλησίας ἐνθυ-
μεῖσθε πολέμους; εὐπετῶς γὰρ μάλα ταύτην διαλύσετε
δι' ἐκείνων τὴν δόξαν. Εἰ γὰρ τοσοῦτοι βασιλεῖς καὶ
τηλικοῦτοι κατὰ τῆς ἐκκλησίας παντὶ σθένει παραταξά-
μενοι, καὶ μηχανὰς προσενεγκόντες παντοδαπὰς, οὐδὲ
βραχὺν τοῖς ταύτης περιβόλοις ἐνειργάσαντο κλόνον,
ἠλίθιος ἄρα καὶ παντελῶς ἔμπληκτος ὁ μὴ θείαν ὑπο-
λαμβάνων τῶν ἁλιέων τὴν δύναμιν, ἀλλ' ἐκ βασιλι-
32 κῆς ταύτην ηὐξῆσθαι δυναστείας νομίζων. Ἵνα δὲ τοῦτο
ὑμῖν ἐκδηλότερον γένηται, τὰ παρὰ Περσῶν νῦν τολ-
μώμενα καταμάθετε. Ποῖον γάρ τοι εἶδος σφαγῆς κατὰ
τῶν εὐσεβούντων οὐκ ἐπινενόηται τούτοις; οὐκ ἐκδοραὶ,
οὐκ ἐκτομαὶ χειρῶν καὶ ποδῶν, καὶ ὤτων καὶ ῥινῶν κολο-
βώσεις, καὶ δεσμοὶ πρὸς ὑπερβολὴν ὀδύνης ἐξηυρημένοι,

12. πατρίων δογμάτων [ἀρχαίων]] πατρώιων δογμάτων B. ἀρχαίων om. B.C. 14. εὐσεβείας] ἐκκλησίας B.C. contra v. 17. εὐσεβείας C. pro ἐκκλησίας. Supra C. om. μή. 16. διαλύσετε] διαλύετε C. et mox οἱ γάρ. 21. ἐμπληκτικὸς] ἔμπληκτος B. ἐκπληκτικὸς C. 23. δυναστείας] δυναστείαν C. 25. τολμώμενα] τελούμενα B. suprasc. τολμούμενα p. m. 26. εὐσεβούντων] εὐσεβῶν Va. 29. ἐξηυρημένοι] ἐξευρημένοι B. et infra ἐξευρηκότες. Tum κεχρημένα C. κεχωρισμένα Va. κεχοσμένα Vb.

veteraque rerum monumenta, atque inolitam consuetudinem una cum patriis institutionibus contempsissent, nisi veritatem Christianæ legis admirati, adversus ea omnia indignationem atque odium concepissent. Cur autem non memoria repetitis illata ecclesiæ bella? Inde enim profecto diluetis omnem istius vestræ opinionis errorem. Si enim tot tantique imperatores omni contentione contra pietatem pugnantes cunctis illatis machinis ne minimam quidem vexationem illius mœnibus attulerunt, fit continuo ut stolidus ac plane stupidus homo sit qui non putat divinam esse piscatorum virtutem, sed imperatorum potentia opinatur auctam fuisse. Atque ut hoc ipsum vobis clarius illucescat, audite obsecro qualia nuper facinora Persæ sint ausi. Quod enim illi crudelitatis genus in Christianos commenti non sunt? An non illi tergora diripuerunt? non pedes manusque absciderunt? non aures naresque obtruncarunt? non ad excessum doloris vincula arctissima invenerunt? non foveas, non loculos excavarunt, eosque ubertim prius

καὶ ὀρύγματα κεχρισμένα μὲν εἰς ἀκρίβειαν μυῶν δὲ τῶν μεγίστων ἀνάπλεα τοὺς δεδεμένους θοιναζομένων; Ἀλλ' ὅμως τοσαύτας καὶ τούτων πολλαπλασίας κατὰ τῶν εὐσεβούντων τιμωρίας ἐξηυρηκότες, αἰκίζονται μὲν καὶ κολοβοῦσι τὰ σώματα, καὶ παντάπασι διαφθείρουσι,
33 *τὸν δέ γε τῆς πίστεως οὐ ληστεύουσι θησαυρόν.* Καὶ *τοῖς μὲν ἄλλοις αὐτῶν νόμοις ἅπαντας ὑποκύπτειν τοὺς ὑπηκόους καταναγκάζουσι, τοὺς δὲ τῶν ἁλιέων ἐξαρνηθῆναι τοὺς πεπιστευκότας οὐ πείθουσιν· ἀλλὰ κατὰ τοὺς* Ζαράδου *πάλαι* Πέρσαι *πολιτευόμενοι νόμους, καὶ μητράσι καὶ ἀδελφαῖς ἀδεῶς καὶ μέντοι καὶ θυγατράσι μιγνύμενοι, καὶ ἔννομον τὴν παρανομίαν νομίζοντες, ἐπειδὴ τῆς τῶν ἁλιέων νομοθεσίας ἐπήκουσαν, τοὺς μὲν* Ζαράδου *νόμους ὡς παρανομίαν ἐπάτησαν, τὴν εὐαγγελικὴν δὲ σωφροσύνην ἠγάπησαν· καὶ κυσὶ καὶ οἰωνοῖς τοὺς νεκροὺς προτιθέναι παρ' ἐκείνου μεμαθηκότες, νῦν τοῦτο δρᾶν οἱ πιστεύσαντες οὐκ*

30. *μυιῶν* Va. *θηρίων* Vb. ib. *δεδεμένους*] *δεδομένους* C. qui mox *τὰ τούτων.* 32. *παραπλησίας*] *πολλαπλασίας* B. *παραπλησίους* C. 36. *τοὺς ὑπηκόους* B. suprasc. p. m. 39. *καὶ μητράσι*] *καὶ μέντοι καὶ μητράσι* C. om. *καὶ μέντοι* infra. 41. *νόμον ἔννομον*] *νόμον* om. B. 42. *ὑπήκουσαν*] *ἐπήκουσαν* B.Vb. Tum *τοὺς μὲν Ζ.—ἐπάτησαν* om. Vb. 45. *προτιθέναι*] *προστιθέναι* C. 46. *πιστεύοντες*] *πιστεύσαντες* B.C.

melle perunctos muscarum copia maximisque et aculeatis crabronibus impleverunt, qui colligatos figerent morsibusque absumerent? Et tamen cum tot cruciatus, multoque etiam plures adversum Christianos commenti essent, (mos siquidem illis erat verberibus cædere, mutilationibus obtruncare, perdere modis omnibus et corrumpere) fidei thesaurum furari certe non potuerunt. Atque aliis quidem suis legibus succumbere adegerunt subditos sibi homines; at eis qui in Christum credebant, non persuaserunt abdicationem legum quas a piscatoribus Galilæis acceperant. Persicæ itaque nationes, quæ jampridem Zaradæ legibus regebantur, matrum, sororum, filiarum connubiis susque deque commixtæ, remque justissimam arbitrantes id quod erat facinus injustissimum; audita piscatorum lege atque accepta, Zaradæ leges ut iniquitatem maximam conculcarunt, evangelicamque temperantiam protinus amplexæ sunt: quique prius, edocente illo, didicerant mortuorum corpora canibus discerpenda volucribusque porrigere, nunc ex quo

ἀνέχονται, ἀλλὰ τῇ γῇ κατακρύπτουσι, καὶ τῶν τοῦτο δρᾶν ἀπαγορευόντων οὐ φροντίζουσι νόμων, οὐδὲ πεφρίκασι τὴν τῶν κολαζόντων ὠμότητα· πλέον γάρ που δεδοίκασι τὸ τοῦ Χριστοῦ δικαστήριον· καὶ τὰ ὁρώμενα γελῶντες ὀνειροπολοῦσι τὰ μὴ φαινόμενα, καὶ
34 δειμαίνουσι. Καὶ τούσδε τοὺς νόμους παρ' ἀνδρῶν Γα- 129
λιλαίων ἐδέξαντο· καὶ τὴν μὲν Ῥωμαίων δυναστείαν οὐκ ἔδεισαν, τῇ δὲ τοῦ σταυρωθέντος ὑπετάγησαν βασιλείᾳ· καὶ κατὰ μὲν τοὺς Ῥωμαίων πολιτεύεσθαι νόμους οὔτε Αὔγουστος αὐτοὺς κατηνάγκασεν, οὔτε Τραϊανὸς, ὁ τὴν ἐκείνων καταλύσας ἀρχὴν, τὰ δὲ Πέτρου καὶ Παύλου καὶ Ἰωάννου καὶ Ματθαίου καὶ Λουκᾶ καὶ Μάρκου ξυγγράμματα ὡς οὐρανόθεν κομισθέντα γεραίρουσι, καὶ οἱ ἰθαγενεῖς τοῖς τῶν ξένων καὶ ἐπηλύδων
35 ὑπετάγησαν νόμοις. Καὶ Μασσαγέται δὲ, τρισαθλίους ἡγούμενοι πάλαι τοὺς ἄλλως πῶς καὶ μὴ διὰ σφαγῆς τελευτῶντας καὶ τούτου εἵνεκα τοὺς γεγηρακότας θύειν καὶ θοινᾶσθαι ποιησάμενοι νόμον, ἐπειδὴ τῶν ἁλιευτικῶν

50. κολαστήριον] δικαστήριον B. qui mox om. ὁρῶντες καὶ post ὁρώμενα. 129, 8. οὐρανόθεν] Aliquid in B. suprascriptum, quod legere nequeo. ὡς om. Va. 10. ἐπηλύδων] ἐπιλύδων B. 13. θοινᾶσθαι] θυνᾶσθαι C.

credere in Christum cœperunt, ab hujusmodi immanitate abhorrent, ac terræ mortuos suos infodiunt: neque curant principum leges, quibus id fieri prohibetur; neque tortorum sævitiam perhorrescunt: magis enim timent Christi judicium: cumque præsentia cuncta irrideant, somniare magis gaudent quæ non videntur, eaque demum reverentur ac timent. Has itaque novas leges acceperunt a promulgatoribus Galilæis; quique non timuerunt Romanorum potentiam, sese ultro crucifixi hominis imperio subdiderunt. Atque ut ii Romanis legibus viverunt, neque Augustus ipse impetravit, neque Trajanus qui Persarum regna subvertit; et tamen apostolorum monumenta Persæ homines, tamquam cælitus allata fuerint, venerantur; indigenæque advenarum atque exterorum hominum subjecti legibus vivunt. Massagetæ vero, miserrimos esse homines arbitrati qui alio mortis genere quam violenta nece decumberent, quique idcirco legem de mactandis senibus comedendisque tulerunt; postquam piscatorum leges sutorumque ac-

καὶ σκυτοτομικῶν ἐπήκουσαν νόμων, ἐβδελύξαντο τὴν
36 *μυσαρὰν ταύτην ἐδωδὴν καὶ σφαγήν. Καὶ Τιβαρηνοὶ*
τοὺς πρεσβύτας κατὰ κρημνῶν βαθυτάτων εἰθικότες
ὠθεῖν, τὸν παμπόνηρον τοῦτον κατέλυσαν νόμον, τῶν
εὐαγγελικῶν ἐπακούσαντες νόμων. Οὐκ ἔτι δ' οὔτε
Ὑκρανοὶ οὔτε Κάσπιοι τοὺς κύνας τοῖς τῶν τεθνεώτων
ἐκτρέφουσι σώμασιν, οὔτε Σκύθαι τοῖς τετελευτηκόσι
συγκατορύττουσι ζῶντας οὓς ἠγάπων ἐκεῖνοι. Τοσαύ-
την εἰργάσαντο τῶν ἐθῶν μεταβολὴν τῶν ἁλιέων οἱ
νόμοι.

37 *Καὶ οὗτοι μὲν καὶ τὰ βάρβαρα ἔθνη κατὰ τοὺς σφῶν*
ἔπεισαν πολιτεύεσθαι νόμους· Πλάτων δὲ τῶν φιλοσό-
φων ὁ ἄριστος, νόμους γεγραφώς, οὐδὲ Ἀθηναίους
ἔπεισε τοὺς οἰκείους πολίτας κατὰ τὰς τούτων ὑποθήκας
τὴν πολιτείαν ῥυθμίσαι. Καὶ μάλα γε εἰκότως, μάλα
38 *γάρ εἰσι καταγέλαστοι. Καὶ ἵνα μή τις ὑπολάβῃ με*
συκοφαντεῖν τὸν φιλόσοφον, ἀκούσατε, ὦ ἄνδρες, ὧν
ἐκεῖνος νενομοθέτηκε. Κελεύσας γὰρ καὶ τὰς γυναῖκας,

16. Τιβαρηνοὶ] στιβαρηνοὶ B. στιβαρινοὶ C. Mox ἠθικότες C. 19. οὐκ ἔτι δ' οὔτε] οὔτε δὲ οὔτε B. Supra λόγων Vb. pro νόμων. 20. τῶν om. C. 22. τοσαύτην] τοσαύτην γὰρ C. 23. τῶν ἐθνῶν μεταβολὴν] μεταβολὴν τῶν ἐθνῶν B. ἐθῶν legit interpres. 29. ὑπολάβῃ] ὑπολάβοι C.

ceperunt, abominabiles illas dapes ac hostias pertesi sunt. Tibareni quoque soliti olim seniores ab altissimis rupibus dare præcipites, legem iniquissimam consciderunt evangelica lege accepta. Neque amplius Hyrcani, neque ipsi etiam Caspii canes alunt hominum cadaveribus. Neque Scythæ una cum mortuis hominibus vivos infodiunt, quos olim viventes illi dilexerant. Tantam morum mutationem piscatorum leges invehere potuerunt.

Atque hi quidem, vel barbaras nationes uti legibus a se traditis adduxerunt: Plato autem, multo philosophorum optimus, legibus a se jam conscriptis, ne Atheniensibus quidem civibus suis persuasit, ut illarum institutis rempublicam gubernarent, ac merito quidem, sunt enim leges risu dignissimæ. Ac ne quis me arbitretur tantum philosophum falsi criminis reum agere, audite, quæso, Græci homines, cujusmodi illa sint quæ is legibus suis facienda instituit.

οὐ μόνον τὰς νέας, ἀλλὰ καὶ τὰς γεγηρακυίας γυμνάζεσθαι, εἶτα γελῶντας τοὺς προσδιαλεγομένους ἰδών, ὑπολαβὼν ἔφη· Ὁ δὲ γελῶν ἀνὴρ ἐπὶ γυμναῖς ταῖς γυναιξὶ τοῦ βελτίστου ἕνεκα γυμναζομέναις, ἅτε [δὴ] διὰ τοῦ γελοίου σοφίας δρεπόμενος καρπόν, οὐδὲ οἶδεν, ὡς ἔοικεν, ἐφ' ᾧ γελᾷ. Καὶ πάλιν· Ταῦτα δὲ καὶ περὶ θηλειῶν ὁ ἐμὸς λόγος ἂν εἴποι πάντα ὅσα περ καὶ τὰ περὶ τῶν ἀρρένων, ἴσα καὶ τὰς θηλείας ἀσκεῖν δεῖν. Καὶ οὐδὲν φοβηθεὶς εἴποιμι ἂν τοῦτον τὸν λόγον, οὔτε ἱππικῆς οὔτε γυμναστικῆς ὡς ἀνδράσι μὲν πρέπον ἂν εἴη, γυναιξὶ δ' αὖ οὐκ ἂν πρέπον. Καὶ τίς οὐκ ἂν εἰκότως τούτων ἀκούων γελάσειεν; ἡ μὲν γὰρ φύσις ἀπένειμεν ἑκάστῳ γένει τὰ πρόσφορα· γυναιξὶ μὲν ταλασίαν, ἀνδράσι δὲ γεωργίαν καὶ πολεμικὴν ἐμπειρίαν. Ταύτῃ γὰρ δήπου τῇ διαιρέσει καὶ Ὅμηρος κέχρηται. Πεποίηκε γάρ που ἐν τοῖς ἔπεσι τῇ Ἀνδρομάχῃ τὸν Ἕκτορα λέγοντα·

32. γεγηρακυίας] πρεσβυτέρας Vb. 34. ὁ δὲ] ὁ δέ γε B. Ὁ δέ γε λαῶν C. 36. [δὴ] om. B.Va. ἀτελῆ Vb. sed ex Platone, opinor. et mox δρέπων. 37. οὐδὲ] οὔτε C. 38. λόγος] νόμος Vb. 39. καὶ] καὶ τὰ B.C. 40. δεῖ] δεῖν B.Vb. 42. αὖ om. C. 44. ἑκατέρῳ] ἑκάστῳ B.C. 47. γὰρ] γάρ που B.

Cum enim præcepisset non puellas modo, verum etiam aniculas mulieres nudato corpore contuendas proponi, tum animadvertens in risum se solvisse qui colloquentes intererant, ita inquit orationem suscipiens [Rep. p. 457 B]: *Qui ridet ob nudas mulieres, quæ tamen optimæ rei causa nudantur, cum ex ridicula sapientia fructum utilitatemque sit accepturus, nescit quantum mihi videtur, qua de re rideat.* Rursusque alibi [Leg. p. 804 E]: *Hæc autem omnia et de fœminis nostra oratio disseret, quæ de maribus dici conveniat. Pari enim modo et fœminas exerceri oportet. Nihilque veritus affirmare hoc ausim, neque equitandi artem, neque gymnasticam facultatem, ita solos decere masculos, ut fœminas quoque non deceant.* Et quisnam, quæso vos, cum dici hæc audiat, non continuo et irrideat? Natura enim utrique sexui distribuit sua munera, fœminis quidem lanam facere, viris autem agrum colere, pugnasque obire. Hoc sane rerum discrimine et Homerus utitur. Inducit enim Hectorem sic uxorem Andromachen alloquentem: *Ipsa domum perge, et, quæ sunt tua munera, cura Telas atque colus; ancillis pensa jubeto. Bella*

'Αλλ' εἰς οἶκον ἰοῦσα τὰ σαυτῆς ἔργα κόμιζε,
ἱστόν τ', ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
ἔργον ἐποίχεσθαι· πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει.

Ὁ δὲ φιλόσοφος οὐδὲ τὴν τῶν ποιητῶν διέγνω διαίρε-
σιν, ἀλλὰ καὶ γυμνάζεσθαι τὰς γυναῖκας γυμνὰς καὶ
41 ἱππεύειν ἐκέλευσε. Καὶ τὰ ἑξῆς δὲ ξυνομολογεῖ τοῖς
προτέροις. Λέγει γὰρ οὕτως· Τὴν δὲ τοῦ τῶν γάμων χρό- 130
νου ξυμμετρίαν δικαστὴς σκοπῶν κρινέτω, γυμνοὺς μὲν τοὺς
ἄρρενας, γυμνὰς δὲ ὀμφαλοῦ μέχρι θεώμενος τὰς γυναῖκας.
Ὁ δὲ ταῦτα νομοθετῶν οὐδὲ τῶν τῆς Κανδαύλου γυ-
ναικὸς λόγων ἐμνήσθη. Ἐκείνη γάρ τοι, τοῦ ἀνδρὸς
γυμνόν οἱ δεῖξαι τὸ σῶμα κελεύσαντος, μάλα ἔφη σω-
φρόνως, ὅτι Ἀποδυομένη τὸν κιθῶνα συναποδύεται καὶ
42 τὴν αἰδῶ ἡ γυνή. Τοιγαροῦν ὁ φιλόσοφος τὰς νυμφευο-
μένας γυμνοῖ τῆς αἰδοῦς, καὶ ἀναίδειαν ἐκδιδάσκει. Κἀν
τῷ δεκάτῳ δὲ τῶν Νόμων [τὰ] παραπλήσια γέγραφεν·
Τῆς γὰρ τοιαύτης, φησὶ, σπουδῆς ἕνεκα χρὴ καὶ τὰς παι-
δείας ποιεῖσθαι χορεύοντάς τε καὶ χορευούσας, κόρους τε
καὶ κόρας, καὶ ἅμα δὴ θεωροῦντας καὶ θεωρουμένους, μετὰ

50. ἠλακάτην τ' ἠδ'] ἠλακάτην τε καὶ B.
130, 1. λέγει δὲ] λέγει γὰρ B. 7. χιτῶνα] κιθῶνα B. 10. [τὰ] om. C. 13. καὶ] τε καὶ B. 14. καὶ μετὰ] καὶ om. B.

viri curent, merito queis bella gerenda. At vero tantus ille philosophus, ne poëtarum quidem videtur divisionem scivisse, sed exerceri nudas mulieres atque equos agitare instituit. Quæ vero apud Platonem sequuntur superius jam dictis plane sunt consentanea. Sic enim inquit [Leg. p. 925 a] : *Judex vero, inspiciens judicato quænam ætas celebrandis nuptiis apte conveniat : eamque ob rem nudos mares, nudasque fœminas umbilico tenus inspiciat.* Qui vero hæc scripsit, nequaquam visus est meminisse quæ Candaulæ regis uxor olim dixisse fertur. Illa enim a viro jussa nudum corpus ostendere, valde pudicum verbum locuta est ; hoc videlicet ; *Mulier cum tunica simul et pudicitiam exuit.* Noster itaque hic philosophus, cum sponsas nudat, plane impudicitiam docet. In decimo etiam Legum suarum libro consona his conscripsit. Inquit ergo [p. 771 E] : *Hujus causa oportet disciplinam constitui, ut tam pueri quam puellæ choreas celebrent, spectentque ac spectentur. Cum-*

λόγου τε καὶ ἡλικίας τινὸς ἐχούσας ἐοικυίας προφάσεις, γυμνούς τε καὶ γυμνάς, μέχρι περ αἰδοῦς σώφρονος ἑκά-
43 *στων.* Ἐγὼ δὲ τὴν μὲν ἐντεῦθεν φυομένην λώβην ὁρῶ, κέρδος δὲ οὐδὲν ξὺν ταύτῃ φυόμενον. Οὐ γάρ που μόνον εἰς ἀναίδειαν ἐπαιδοτριβοῦντο γυμνούμεναι καὶ γυμνοὺς ἄνδρας θεώμεναι, ἀλλὰ καὶ πολλὰς ἀλλήλοις ἀφορμὰς προὐξένουν ἀκολασίας. Τῶν γὰρ δὴ γυμνῶν σωμάτων ἡ θεωρία καὶ τοὺς ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας εἰς ἔρωτας ἐκτόπους ἠρέθιζεν.

44 Ἀλλ᾽ ἵνα μὴ παντελῶς τὴν ἐκ τῶνδε τῶν νόμων φυομένην βλάβην ἀπογυμνοῦντες λοιδορεῖσθαι τῷ φιλοσόφῳ δόξωμεν, οὐκ ἐλέγχειν, ἐπὶ τοὺς παγκάλους τῶν γάμων μεταβῶμεν νόμους, μετρίους τοὺς ἐλέγχους ποιούμενοι. Ἀκούσωμεν τοίνυν ἐν Πολιτείᾳ λέγοντος· *Ἀνδρῶν τούτων ἁπάντων πάσας εἶναι γυναῖκας κοινάς, ἰδίᾳ δὲ μηδεμίαν μηδενὶ ξυνοικεῖν· καὶ τοὺς παῖδας αὖ κοινούς· καὶ μήτε γονέα ἔκγονον εἰδέναι τὸν αὑτοῦ, μήτε παῖδας γο-*

15. *ἐοικυίας*] *οἰκείας* Vb. 20. *γυμνουμένους*] *γυμνοὺς* B. 25. *βλάβην ἀπογυμνοῦντες*] *ἀπογυμνοῦντες βλάβην* B. 27. *τῶν νόμων* B.Vb. qui mox *γάμους*. 31. *γονέα*] *γονέας* C. qui mox *εἶναι* pro *εἰδέναι*. 32. *αὐτοῦ παῖδα*] *παῖδα* om. B. qui tum *μήτε παῖδας γονέα*, omissis *πατέρα τὸν αὐτοῦ*.

que ratione et ætate quæ habeat opportunas ac probabiles causas, et hos et illas nudari permittimus, usque dum singulorum pudor modestiaque servetur. Ego vero ex hac Platonis lege suboriri quidem perniciem magnam video, nullum vero pariter commodum provenire. Quæ enim mulieres ita se nudas intuentibus præbeant, nudosque ipsæ mares intueantur, non modo ad impudicitiam erudiri, sed magnas ad mutuam libidinem præbere occasiones oportet. Aspectus enim nudorum corporum tam mares quam fœminas irritare solet ad enormes lasciviæ appetitus.

Sed ne videamur non tam refellendi studio, quam ut philosophum hunc maledictis contumelisque infamem reddamus, in demonstrando legum hujusmodi detrimento tantopere occupari, agedum ad pulcherrimas illas nuptiales leges transeamus, qualesnam illæ sint nonnihil etiam ostensuri. Audiamus itaque in Republica sic loquentem [p. 457 D.] : *Horum omnium virorum communes esse uxores, nulli vero propriam sub eodem tecto incolere : filios item*

14 νέα. Εἶτα ἐπισυνάπτει· Εἷς μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, νομοθέτης αὐτοῖς ὥσπερ τοὺς ἄνδρας, οὕτως καὶ τὰς γυναῖκας ἐκλέξας παραδώσει καθόσον οἷόν τε ὁμοφυεῖς. Οἱ δέ, ἅτε δὴ οἰκίας τε καὶ ξυσσίτια κοινὰ ἔχοντες, ἰδίᾳ δὲ οὐδενὸς οὐδὲν τοιοῦτον κεκτημένου, ὁμοῦ δὴ ἔσονται, ὁμοῦ δ' ἀναμεμιγμένων καὶ ἐν γυμνασίοις καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ τροφῇ, ὑπ' ἀνάγκης, οἶμαι, τῆς ἐμφύτου ἄξονται πρὸς τὴν ἀλλήλων μίξιν. Ἢ οὐκ ἀναγκαῖά σοι δοκῶ λέγειν; Οὐ γεωμετρικαῖς γε, ἦ δ' ὅς, ἀλλ' ἐρωτικαῖς ἀνάγκαις, αἳ κινδυνεύουσιν ἐκείνων δριμύτεραι εἶναι πρὸς τὸ πείθειν [τε] καὶ ἕλκειν
15 τὸν πολὺν λεών. Ὅτι μὲν οὖν ὁ φιλόσοφος κοινὰς εἶναι τὰς γυναῖκας ἐκέλευσε, μακρῶν οὐ δεῖ λόγων εἰς ἔλεγχον. Αὐτὸς γὰρ δή τοι διαρρήδην νενομοθέτηκε, καὶ τῆς κοινῆς ξυνουσίας τὴν ἀνάγκην ἐπινενόηκε. Κοινῇ γάρ, ἔφη, οἰκοῦντες, καὶ κοινῇ ἑστιώμενοι καὶ γυμναζόμενοι, ὑπὸ τῆς ἐμφύτου ἐπιθυμίας πρὸς τὴν ἀλλήλων μίξιν ὠθήσονται.

33. εἷς μὲν] εἰς κῶμεν C. 37. τοιοῦτον] τοιοῦτο B. 38. καὶ ὁμοῦ] καὶ om. B.C. ib. δὴ ἀναμε.] δ' ἀναμε. B. 40. [ἐπιθυμίας] om. B. post ἐμφύτου. ἐπιθυμίας Va. οἰκονομίας Vb. 43. δρυμύτεραι B. ἐκείνων om. Vb. 44. τε καὶ] τε om. B.C. 46. γὰρ] γὰρ δὴ B.

omnibus omnes communes esse; ita ut neque pater sciat quem ex se filium progenuerit, neque item filius ex quo natus sit patre. Tum superius dictis hæc quæ sequuntur adjungit: *Unus igitur, inquam ego, legislator tam viros quam etiam fœminas prius eliget, atque in connubium dabit; curans scilicet ut quam maxime fieri possit ingenio moribusque conveniant. Illi autem ita conjuncti, ut et communes domos habeant, et communi mensa utantur, nihil earum rerum proprium sibi ac suum aliquo possidente, simul continue victitabunt. Promiscue vero ita conserti, tum in gymnasiis, tum vero et aliis in officiis, ex necessitate inditi a natura appetitus alter ad alterius agentur commixtionem. An non tibi, quæso, videor necessaria demonstrare? Necessariis, inquit ille, argumentis ac demonstrationibus uteris; non geometricis tamen, sed amatoriis. Haud vero tenue periculum est, ne sint istæ geometricis multo potentiores ad faciendam populo fidem, trahendumque quo velint.* Hoc itaque Platonis institutum fuisse, ut uxores omnibus viris promiscuæ haberentur, longi sermonis probatione non eget. Ipse enim ea de re manifestariam legem tulit, necessitatemque ad communem coitum probe commentus est. Communi enim domo, inquit, et communi mensa utentes, ab eo quem natura nobis indidit appetitum, ad mu-

Καὶ τοῦτο δὴ κοινοὺς τοὺς τικτομένους ἀποφαίνει, ἀδεῶς
ἑκάστου ταῖς προστυχούσαις ὁμιλούντων, καὶ οἰκεῖά γε 131
47 νομιζόντων τὰ ὑπὸ τούτων τικτόμενα. Τοῦτό τοι νενοηκὼς
ὁ προσδιαλεγόμενος, τοῦ Σωκράτους εἰρηκότος, Ἢ οὐκ
ἀναγκαῖά σοι δοκῶ λέγειν; ἐπήγαγεν, Οὐ γεωμετρικαῖς
γε ἀλλ' ἐρωτικαῖς ἀνάγκαις, αἳ κινδυνεύουσιν ἐκείνων δρι-
μύτεραι εἶναι πρὸς τὸ πείθειν καὶ ἕλκειν τὸν πολὺν λεών.
48 Ἐγὼ δὲ τῶν νῦν τὰ Πλάτωνος ἑρμηνεύειν ἐθελόντων,
μᾶλλον δὲ παρερμηνεύειν πειρωμένων, θαυμάζω τὴν
ἀναίδειαν· φασὶ γὰρ αὐτὸν μὴ ξυνουσίαν νομοθετῆσαι
κοινήν, ἀλλὰ φιλικὴν κοινωνίαν, καὶ οὐκ ἀκούουσι λέ-
γοντος. Καὶ οἰκήσεων καὶ συμποσίων καὶ γυμνασίων κοι-
νωνοῦντες ἀλλήλοις, ὑπ' ἀνάγκης καὶ τῆς ἐμφύτου ἐπι-
49 θυμίας ἄξονται πρὸς τὴν ἀλλήλων μίξιν. Ἀλλ' ἴσως
ἐρυθριῶντες ἐπὶ τοῖς καταγελάστοις τοῦ φιλοσόφου
νόμοις, ξυγκαλύπτειν πειρῶνται τοῦ διδασκάλου τὴν
ἁμαρτάδα· ἀλλ' ἔδει γε τῶν ἐκείνου λόγων ἀναμνη-
σθῆναι, ὅτι, Φίλος μὲν ὁ ἀνήρ, φίλη δὲ ἡ ἀλήθεια· ἀμφοῖν

131, 2. τοῦτο] τοῦτον C. 9. νομοθετῆσαι] ὁμολογῆσαι Vb. 13. καὶ τῆς] καὶ om. C. Sirm. 17. ἐκείνου] ἐκείνου γε B. 18. ἀμφοῖν] Aristot. Eth. I. 6. Plat. X. p. 463. URSIN. Rep. X. 1. p. 595 C.

tuam impellentur commixtionem. Idque communes omnibus liberos futuros esse ostendit; cum videlicet unusquisque cuicumque se mulieri impune commisceat, proque suo habiturus sit quicquid inde nascatur. Hæc itaque cum animo reputaret qui ibi loquens inducitur, interrogassetque eum Socrates, *An non quæ necessaria sunt, tibi videor loqui?* respondit his verbis; *Non geometricis uteris, sed amatoriis necessitatibus. Neque tenue periculum est, ne sint istæ geometricis multo valentiores ad faciendam populo fidem, trahendumque quo velint.* Ego autem hoc loco valde admiror eorum impudentiam, qui ea Platonis verba quodam alio sensu interpretari contendunt, immo autem detorquere ac depravare conantur. Aiunt enim, illum nequaquam communem virorum ac fœminarum coïtum instituisse, sed quandam potius benivolentiæ familiarisque convictus societatem. Neque stolidi audiunt quæ is dicat [p. 458 D.]; *quod si* videlicet *domo, mensa, gymnasioque simul in commune omnes utantur, necessitate insiti appetitus ad mutuam impellentur commixtionem.* Sed ii fortasse cum ad tam ridiculas Pla-

50 δὲ ὄντοιν φίλοιν, φίλτερον ἡ ἀλήθεια. Ἀτὰρ οὖν καὶ τῶν ἄλλων ἐπακούσωμεν νόμων. Αὐτοῦ γὰρ δὴ καὶ οὗτοι· Γυναικὶ μέν, ἦν δ' ἐγώ, ἀρξαμένῃ ἀπὸ εἰκοσέτιδος τίκτειν τῇ πόλει· ἀνδρὶ δ', ἐπειδὰν τὴν ὀξυτάτην δρόμου ἀκμὴν παρῇ, τὸ ἀπὸ τούτου γεννᾶν τῇ πόλει μέχρι πεντεκαιπεντηκονταετοῦς. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐ μάλα δήλην ἔχει τὴν βλάβην, τὰ δὲ ἑξῆς οὐ γέλωτος ἀλλὰ καὶ θρήνων ἄξια, καὶ πυρὸς τοὺς παγκάλους ἀναλίσκοντος νόμους.

51 Λέγει γὰρ ταῦτα· Ὅταν δὲ αἱ γυναῖκες οἵ τε ἄνδρες τοῦ γεννᾶν ἐκβῶσι τὴν ἡλικίαν, ἀφήσομέν που ἐλευθέρους αὐτοὺς ξυγγίγνεσθαι ὡς ἂν ἐθέλωσι· διακελευσάμενοι προθυμεῖσθαι μάλιστα μὴ εἰς φῶς ἐκφέρειν κύημα μηδέν· ἐὰν δέ τις βιάσηται, οὕτω τιθέναι ὡς οὐκ οὔσης τροφῆς τῷ τοιούτῳ.

52 Τίς Ἔχετος ἢ Φάλαρις τοιαῦτα νενομοθέτηκε; τίς δὲ τοιαύτας μιαιφονίας, ὡς ἔννομά γε δρῶν, τετόλμηκε πώποτε; διακελευόμενος γὰρ μὴ ἐκφέρειν εἰς φῶς, ἀμ-

20. ἐπακουσ.] ὑπακουσ. C. ib. αὐτοῦ γὰρ δὴ καὶ οὗτοι] αὐτοῦ γὰρ ἦν ταῦτα. γυναικὶ δὲ ταῦτα. ἦν δ' ἐγώ Vb. 21. εἰκοσαέτιδος] εἰκοσέτιδος B. 23. δρόμου] δραμόντι Vb. 26. τοῦ παγκαοῦς] τοὺς παγκάλους B. 28. οἵ τε ἄνδρες] V.C. καὶ οἱ ἄνδρες. ἢ ἄνδρες Vb. 29. που] ὅπως C.Vb. 36. διακελευσάμενος] διακελευόμενος B.Va.

tonis leges erubescant, præceptoris sui peccatum novis interpretamentis occultare aggrediuntur. Atqui magis eos decuit Platonicæ illius sententiæ meminisse, qua dicitur, *amicum quidem hominem, sed magis amicam esse veritatem.* Sed nos age alias quoque Platonis leges audiamus. Inquit enim [Rep. p. 460 E.] : *Mulieri congruere, inquam ego, ut a vigesimo ætatis anno civitati incipiat cives parere; viro autem, cum primum transierit summum illum apicem procurrentis augmenti, ab eo ætatis articulo civitati filios procreare, ad usque quintum supra quinquagesimum annum.* Sed enim hæc instituta nihil afferunt, quod manifeste noxium sit. Quæ vero insequuntur, non risu quidem, sed lacrymis ignique potius sunt dignissima, quo tam pulchræ leges penitus deleantur. Sic enim inquit [p. 461 B.] : *Ubi autem viri ac mulieres gignendi tempus excesserint, liberos eos sinemus conversari ut velint; hoc solum præmonentes, ne quem amplius conceptum fœtum in lucem edant: si quis autem institutum hoc ita violarit, ut fœtum ad partum perducat, ita eum denique exponat, ut omni prorsus alimonia careat.* Quid vero umquam tale vel Echetus, vel Phalaris, legibus suis in-

βλωθριδίοις δήπου διαφθείρειν φαρμάκοις τὰ βρέφη παρεγγυᾷ, τὰ δέ γε καὶ τοῦ δηλητηρίου φαρμάκου περιγενόμενα καὶ τικτόμενα οὕτω τιθέναι, ὡς μηδὲ τῆς τυχούσης ἀπολαῦσαι κηδεμονίας, ἀλλ' ἢ λιμῷ ἢ κρυμῷ διαφθαρῆναι, ἢ θηρίων γενέσθαι βοράν. Ποίαν ταῦτα ὠμότητος ὑπερβολὴν καταλείπει;

53 Τοιαῦτα μὲν δὴ περὶ γάμου καὶ παιδοποιΐας ἐνομοθέτησεν· ὁποῖα δὲ καὶ περὶ τῆς ἄλλης ἀκολασίας διέξεισιν, εὐπετὲς τῷ βουλομένῳ καταμαθεῖν. Τοὺς γὰρ τὴν παρὰ φύσιν ἀσέλγειαν ἀσπαζομένους καὶ τῇδε μακαρίους ὑπείληφε, καὶ ἐκδημήσαντας ἐντεῦθεν εὐδαίμονας ἔσεσθαι εἴρηκεν· Οὐ μικρὸν γάρ, φησιν, ἆθλον τῆς ἐρωτικῆς φέρονται. Εἰς γὰρ σκότον καὶ τὴν ὑπὸ γῆς πορείαν οὐ νόμος ἐστὶν ἔτι ἐλθεῖν τοῖς κατηργμένοις ἤδη τῆς ὑπουρανίου πορείας, ἀλλὰ φανὸν βίον διάγοντας εὐδαιμονεῖν μετ' ἀλλήλων πορευομένους, καὶ ὁμοπτέρους ἔρωτος χάριν.
54 Τούτοις δὲ ἐπιλέγει ταῦτα· Ὦ παῖ, καὶ οὕτω σοι θεία 132

37. ἀμβλωθ.] ἀλλ' ἀμβλ. C. qui v. seq. τὰ τοῦ δηλητηρίου περιγενόμενα φάρμακα. 44. ἐνομοθέτησεν] νενομοθέτηκεν B. Tum δὴ C. post ὅποια. 46. παρὰ τὴν φύσιν ἀσελγεῖν] τὴν παρὰ φύσιν ἀσέλγειαν B.Va. 51. καθειργμένοις] κατηγμένοις B. κατηργμένοις V. Plato et Euseb. P. E. XIII. p. 710 C. ult. ἔρωτος suprasc. B. ἔρωτας C.
132, 1. δὲ om. B. Tum ἐπιλέγειν C.

stituit? Quis tale paricidii genus est unquam ausus? Nam qui prohibet fœtus in lucem edi, abortitiis profecto pharmacis infantes corrumpi jubet. Qui vero etiam mandat eos infantes, qui letalis poculi vim superarint, in lucemque editi sint, ita exponi ut ne communi quidem alimonia subleventur, sed fame geluve intereant, aut ferarum dentibus discerpantur; quem excessum crudelitatis non superat?

Hæc itaque noster Plato de nuptiis, deque liberis procreandis, in legibus suis cavit. Quæ vero etiam de alia specie libidinis narrat, pronum est volentibus cunctis perdiscere. Illos enim qui contra leges naturæ masculam venerem consectantur, beatissimos hic esse opinatus est; ac ubi ex hac vita excesserint, nihilo secius beatos fore asseruit [Phædr. p. 256 D.], *Haud enim exiguum amatoriæ præmium ferunt. Neque ulla lex jubet ad tenebras iterque subterraneum eos pergere qui sub cœlesti via detinentur, sed ut illustrem vitam agentes beati sint, simulque proficiscantur coaligeri et convolucres*

δωρήσεται ἡ παρ᾽ ἐραστοῦ φιλία. Καὶ ταῦτα οὐ περὶ τῶν σωφρόνως, ἀλλὰ περὶ τῶν ἀκολάστως ἐρώντων ἔφη· καὶ ῥᾴδιον ἐκ τῶν ἐκείνου διαλόγων ταῦτα μαθεῖν. Τοιοῦτον δὲ νόμον οὔτε Νέρων ὁ Ῥωμαίων αἰσχρότατος βασιλεὺς, οὔτε Σαρδανάπαλος ὁ Ἀσσύριος, ὁ ἐν ἡδοναῖς καὶ τρυφαῖς διαβόητος, οὔτε ἔγραψεν, οὔτε ἐπῄνεσε πώποτε. Ἐγὼ γὰρ οἶμαι καὶ τοὺς λίαν ταῖς ἡδυπαθείαις δουλεύοντας οὐκ ἐπαινεῖν τὸ πάθος, ἀλλὰ δου-
55 *λεύειν τῷ χρόνῳ, τὸ ἔθος ἕξιν ἐργασαμένους. Καὶ τί δεῖ λέγειν ὅσα καὶ περὶ φόνων παρανόμως ἐνομοθέτησεν; Ἀθῷον μὲν γὰρ εἶναι κελεύει τὸν τὸν ἴδιον ἀναιροῦντα οἰκέτην, τὸν δὲ θυμῷ τὸν ἀλλότριον σφάττοντα τὴν τιμὴν μόνην ἐκτίνειν, τὸν δὲ θυμῷ τὸν ἐλεύθερον κτείναντα δύο μόνα φεύγειν ἔτη διαγορεύει, τὸν δὲ καὶ μετ᾽ ἐπιβουλῆς ἀνελόντα τρία ἔτη προστάττει φεύγειν, τὸν δέ γε καὶ μετὰ τὴν φυγὴν τὰ αὐτὰ δεδρακότα ἀειφυγίᾳ ζημιοῖ μόνῃ. Παραπλήσια δὲ καὶ πατράσι παῖ-*

2. *δωρήσεται*] *δωρήσηται* C. 5. *οὔτε*] *οὐδὲ* C. 8. *ἐποίησε*] *ἐπῄνεσε* B. 11. *ἔθος ἕξιν*] *ἔθος ἔργο ἕξιν* B. 14. *τὸν* alterum om. Sirm. 15. *μόνην*] *μόνον* C. 16. *φεύγειν*] *φυγεῖν* B.

sui amoris causa. Tum vero hæc ita repetendo concludit: *O puer, ita tibi divina munera largietur amatoris benivolentia.* Hæc autem, non de castis amatoribus, sed de impuris obscœnisque a Platone dicta sunt: quod ex ipsius dialogis plane cognosci potest. Hanc vero legem neque Romanorum spurcissimus imperator Nero, neque Assyrius ille Sardanapalus, qui voluptatibus ac deliciis est notissimus, vel tulit umquam, vel laudavit. Ego enim puto, vel eos qui valde voluptatibus serviunt, animi morbum quem ita patiuntur, nequaquam laudare, sed tempori deservire, cum ex perdita consuetudine habitum jam contraxerint. Quid autem commemorare oportet, quam nefaria ea sint quæ *de cædibus ac paricidiis* Plato in legibus suis instituit? Insontem enim innoxiumque haberi jubet, qui proprium servum occidat: eum vero qui iracundia succensus alienum servum de medio tollat, tanti mulctandum censet quanti servus ille venierit: at eum qui liberum hominem præ iracundia enecet, solum biennium exsulare jubet: qui vero per insidias perimat, triennio extorrem agit: eum porro qui dum exsulat, idem paricidium facit, perpetuo exsilio puniendum censet. Easdem vero

δας ἀνελοῦσι, καὶ παισὶ πατέρας ἀπεκτονόσι, καὶ ἀν-
δράσι γυναῖκας, καὶ γυναιξὶν ἄνδρας, νενομοθέτηκεν.
56 *Ἀλλ' ὁ μὲν φιλόσοφος τοιούσδε νόμους ξυνέγραψε,*
καὶ οὐδένα πέπεικε ἀνθρώπων, οὐ πολίτην, οὐ ξένον,
οὐκ ἀστὸν, οὐ χωριτικὸν, οὐχ Ἕλληνα, οὐ βάρβαρον,
οὐ δοῦλον, οὐκ ἐλεύθερον, οὐκ ἄνδρα, οὐ γυναῖκα, οὐ
νέον, οὐ πρεσβύτην, οὐ λόγοις ἐντεθραμμένον, οὐ λόγων
57 *ἀμύητον, κατὰ τούσδε βιῶναι τοὺς νόμους. Ἐγὼ δὲ*
λοιπὸν, οὓς οἱ ἁλιεῖς καὶ οἱ τελῶναι καὶ ὁ σκυτοτόμος
ἅπασιν ἀνθρώποις προσήνεγκαν, ἀναγνώσομαι νόμους.
Ὑμεῖς δὲ τούτους κἀκείνους ἐκ παραλλήλου θέντες τὰς
θεοπρεπεῖς τούτων ἀκτῖνας θαυμάσατε. Ὁ μὲν οὖν
φιλόσοφος καὶ τὴν ἀκόλαστον παιδεραστίαν ἐθαύμασε,
καὶ τὰ τρισόλβια ταύτης ἐπιδέδειχεν ἆθλα· ὁ δὲ σω-
τὴρ ὁ ἡμέτερος οὐ μόνον τὴν ἀκόλαστον πρᾶξιν ἀλλὰ
καὶ τὴν ὄψιν τὴν τοιαύτην κολάζει· Ὁ ἐμβλέψας γὰρ,
ἔφη, γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσεν
58 *αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.* Καὶ ὁ μὲν *ἀδεῶς καὶ ταῖς*

21. *ἀπεκτονόσι*] *ἀποκταίνουσιν* C. *ἀπεκτανόσι* Va. *ἀπεκτανοῦσι* Vb. 22. *ἄνδρας*] *ἀνδράσι* C. 24. *τῶν ἀνθρώπων*] *τῶν* om. B. 26. *χωρητικὸν*] Sic omnes h. l. Edendum erat vel *χωριτικὸν* vel *χωρικὸν* ut supra p. 81, 39. 29. *οἱ ἁλιεῖς*] *οἱ* om. B. 33. *θαυμάσατε*] *θαυμάσετε* B. 35. *καὶ τὰ—ἆθλα* B. marg. p. m. 39. *αὐτὴν*] *αὐτῆς* B.

pœnas decrevit et patribus qui filios, et filiis qui parentes; et viris qui conjuges, et uxoribus quæ maritos occidant.

Verum enimvero leges hic quidem tulit, nulli tamen hominum suis vivere legibus persuasit, non civibus, non externis; non urbanis, non villicis; non Græcis, non barbaris; non servis, non liberis; non viris, non mulieribus; non juvenibus, non longævis; non litterarum studio innutritis, non denique rudibus et indoctis. Ego vero, quas Galilæi piscatores cunctis nationibus leges dederunt, jam vobis contuendas proponam. Vos autem, quæso, et has et illas invicem comparantes, nostrarum divinos radios admiramini. Plato igitur, eximius philosophorum, scelestissimum pædicatum commendat, beatissimaque huic flagitio reposita esse præmia ostendit. At vero generis humani servator, non admissum modo flagitium, sed procaces lascivosque intuitus puniendos decernit. *Qui enim,* inquit, *viderit mulierem ad concu-*

ἀλλοτρίαις κοινωνεῖν ἐνομοθέτησε γυναιξίν· ὁ δὲ τῆς φύσεως ποιητὴς, ἐπειδὴ καὶ δημιουργῶν τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν ἕνα ἐξ ἀρχῆς ἄνδρα καὶ μίαν γυναῖκα διέπλασε, καὶ τὸ διαλύειν ἀπαγορεύει τὸν γάμον, μίαν δὲ μόνην ἀφορμὴν διαλύσεως ἔδωκε, τὴν ἀληθῶς διασπῶσαν τὴν ζεύγλην· Πᾶς γάρ, φησιν, ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχευ-
59 θῆναι· καὶ ὁ ἀπολελυμένην γαμῶν μοιχᾶται. Διὰ δὲ τούτων πάντα φέρειν κελεύει τὰ τῆς γυναικὸς ἐλαττώματα, κἂν λάλος ᾖ, κἂν μέθυσος [ᾖ,] κἂν εἰς λοιδορίαν προχειροτάτη· εἰ δέ γε τοῦ γάμου παραλύσει τοὺς νόμους καὶ πρὸς ἕτερον ἴδοι, τηνικαῦτα λύειν κελεύει τὴν
60 ζεύγλην. Τοιαῦτα δὲ πάλιν καὶ διὰ τοῦ σκυτοτόμου 133
νενομοθέτηκε· καὶ Κορινθίοις ἐπιστέλλων ἐκεῖνος πᾶσιν ἀνθρώποις [τοὺς] νόμους προσήνεγκε· Καλὸν γάρ, ἔφη, γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι· διὰ δὲ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω, καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα ἐχέτω. Ὁρᾶτε ὅσον τῶν τοῦ φιλοσόφου καὶ τῶν τοῦ σκυτοτόμου νόμων ἐστι τὸ διάφορον; Οὗτος μὲν γὰρ καὶ

52. [ᾖ] om. B. ib. εἰ δὲ] εἰ δέ γε B. 53. παραλύσοι] παραλύσει B.C. παραλύσει τοὺς γάμους Va.

133, 6. τῶν τοῦ] τῶν om. C. 7. τῶν τοῦ σκυτοτόμου νόμων] τὸ τοῦ σκυτοτόμου C.

piscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo. Ac philosophus quidem impune ac licenter alienis uxoribus admisceri instituit. At humanæ naturæ opifex, qui eam ipse effinxit, unumque ab initio virum mulieremque unam plasmavit, has dissolvi nuptias vetuit. Unam vero copulæ hujus dissolvendæ occasionem proposuit, qua penitus nuptialis distraheretur conjunctio. Inquit enim; *Omnis qui dimittit uxorem suam excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: et qui dimissam duxerit, adulterat.* Quibus sane verbis cetera uxoris vitia æquo animo ferri jubet, seu loquax sit illa, seu temulenta, seu conviciosa: sin vero nuptiarum leges transiliat, in aliumque virum procax intendat, tunc denique copulam solvi jubet. Eadem vero rursus et per sutoris litteras mandavit Corinthiis. *Bonum enim,* inquit, *est homini, mulierem non tangere: propter fornicationem autem, unusquisque suam uxorem habeat, et unaquæque suum virum habeat.* Videtisne igitur quæ inter sutoris

ἑκάστῃ γυναικὶ τὸν ἴδιον ἄνδρα ἔχειν, καὶ ἑκάστῳ ἀνδρὶ
τὴν ἰδίαν γυναῖκα προσέταξεν· ἐκεῖνος δὲ, τῶν ἀνδρῶν
61 ἁπάντων ἁπάσας εἶναι τὰς γυναῖκας κοινάς. Καὶ περὶ
ἐγκρατείας δὲ νόμους τιθεὶς οὔτε τῇ γυναικὶ ξυγχωρεῖ
τὴν τοῦ ἀνδρὸς ὁμιλίαν φεύγειν, ἐκείνου τοῦτο μὴ στέρ-
γοντος, οὔτε τὸν ἄνδρα, μὴ συμφωνούσης τῆς γυναικός·
Ἡ γυνὴ γὰρ, φησὶ, τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ'
ὁ ἀνήρ· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ
ἐξουσιάζει, ἀλλ' ἡ γυνή. Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή
τι ἂν ἐκ συμφώνου. Στερεῖσθαι γὰρ ὑπολαμβάνει τῆς
62 ἐξουσίας ὁ παρὰ γνώμην μετιὼν τὴν ἐγκράτειαν. Εἶτα
κατ' ὀλίγον ἐπὶ τὰ τέλεια ποδηγῶν ἐπήγαγε, Πρὸς και-
ρὸν, ἵνα σχολάσητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ· καὶ πάλιν
ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθε. Οὕτω δὲ μετρήσας τῇ φύσει
τοὺς νόμους λέγει καὶ τὴν αἰτίαν· Ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς
ὁ Σατανᾶς. Καὶ διδάσκων ὡς παρ' ἡμῶν ἐκεῖνος λαμ-
βάνει τὰς ἀφορμὰς ἐπήγαγε· Διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν.
63 Καὶ περὶ ἀγαμίας [δὲ] οὐ νόμους ἀλλὰ παραινέσεις

11. ἐγκρατείας δὲ] δὲ om. B. 12. ξυγχωρεῖ] ξυνεχώρει C. 13. φεύγειν] φυγεῖν B. 18. στερεῖσθαι] στέρεσθαι B. 19. ξυνουσίας] ἐξουσίας C. 22. ἐπὶ τὸ] εἰς τὸ B. 27. [δὲ] om. C. 28. παραινέσεις] παραίνεσιν B.

ac philosophi legem sit differentia? Hic enim singulos singulis uxoribus viros addicit: ille autem mulieres omnes viris omnibus communes esse permittit. Quin et ubi servandæ continentiæ dat præcepta, neque uxori permittit ut viri sui convictum conversationemque fugiat, nisi hoc ille consentiat; neque item viro ut ab uxore sua semotus vivat, ea non comprobante. Inquit enim: *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu.* Putat enim se fraudari sua potestate, qui præter animi sui sententiam abstinet a complexu uxoris. Tum vero mox ad ea quæ sunt perfectiora perducens, hæc addidit: *Ad tempus; ut vacetis jejunio et orationi: et iterum revertamini in idipsum.* Sic itaque ipsi naturæ leges dimensus, causam præcepti subjunxit: *Ne,* inquit, *tentet vos Satanas.* Utque doceret illum tentandi nostri sumere a nobis occasionem, sequutus est ita; videlicet, *Propter incontinentiam vestram.* De cælibatu autem non leges quidem, sed consilium dedit; ostendens

εἰσενεγκὼν, ἔδειξε καὶ τῆς ἀγαμίας τὸ χρήσιμον· Ὁ ἄγαμος γὰρ, φησὶ, μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου, πῶς ἀρέσει τῷ κυρίῳ· ὁ δὲ γαμήσας μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί. Ταῦτα δὲ καὶ περὶ γυναικῶν ἔφη, διδάσκων ὡς ἡ παρθενία προξενεῖ βίον φροντίδων ἐλεύθερον.

64 Θαυμάσατε, ὦ ἄνδρες, τοῦ σκυτοτόμου τὴν γλῶτταν, καὶ τὸν διὰ ταύτης φθεγξάμενον προσκυνήσατε. Εἰ δὲ βούλεσθε, καὶ τοὺς φυνικοὺς καταμάθετε νόμους. Ὁ μὲν γὰρ φιλόσοφος οὐδὲ τὸν ἀπεκτονότα πατέρα τὴν ἴσην ὑποσχεῖν τιμωρίαν ἐκέλευσεν, ὁ δὲ σωτὴρ ὁ ἡμέτερος καὶ λοιδορίαν κολάζει παρὰ καιρὸν γιγνομένην, καὶ θυμὸν ἀδίκως κινούμενον· Πᾶς γὰρ, ἔφη, ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει· ὃς δ' ἂν εἴπῃ Ῥακὰ, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ, Μωρὲ,
65 ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Καὶ λόγων δὲ ἀργῶν εὐθύνας ἀπαιτήσειν ἠπείλησε. Καὶ οὐ μόνον τοὺς φίλους εὐεργετεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐκέλευσεν εὖ ποιεῖν· Ἀγαπᾶτε γὰρ, ἔφη, τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν·

29. φησὶ] ἔφη B. 37. ἀποκτείνοντα] ἀπεκτονότα B. ἀποκτονότα Va. ἀποκταίνοντα C. ἀποκτείναντα Vb. 42. Ῥακκά] Ῥακὰ B. 46. καὶ om. B. 47. ἔφη] φησὶ C.

quanta sit in eo vitæ statu utilitas. Inquit ergo: *Qui sine uxore est, solicitus est eorum quæ sunt Domini, quomodo placeat Deo: qui autem cum uxore est, solicitus est eorum quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori.* Hæc sunt quæ de mulieribus ait apostolus, docens a virginitate et cælibatu conferri nobis vitam quæ sit curarum immunis.

Admiramini, quæso amici homines, sutoris Hebræi linguam; Deumque, qui per eam locutus est, adorate. Quod nisi vobis molestum est, leges quoque de cædibus ac paricidiis, quæso, inspicite. Philosophus enim, ne patris quidem interfectorem talionis pœnæ subjecit. At liberator vindexque noster importunam quoque contumeliam, injustumque iracundiæ motum censet puniendum esse. Inquit enim: *Omnis qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit judicio: qui autem dixerit fratri suo* RHACA, *reus erit concilio: qui autem* FATUE, *reus erit geennæ ignis.* Quin et otiosi sermonis rationem se repetiturum comminatus est. Neque amicis solum benefacere, sed inimicis præcepit. *Diligite* enim inquit, *inimicos vestros; et orate pro per-*

καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν διωκόντων ὑμᾶς. Εἶτα καὶ δείκνυσιν ἆθλον τὴν τῶν ἀγωνιζομένων ὑπερβαῖνον ἀξίαν. Ἔφη γάρ, Ἵνα γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς· ὅτι ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ
66 βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. Καὶ περὶ ὅρκων δὲ νόμους τιθεὶς καὶ αὐτοὺς ἀπαγορεύει τοὺς ὅρκους, ἀποχρῆν λέγων τὸ Ναὶ καὶ τὸ Οὐ πρὸς τὴν τῶν λεγομένων 134
βεβαίωσιν. Καὶ τὸν ἀκτήμονα δὲ βίον τελειότατον ἔφη· Ὃς γὰρ ἂν, φησὶ, μὴ ἀποτάξηται πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής. Ἀλλ᾽ ὅμως καὶ οὕτως ἀκριβῆ πολιτείαν νομοθετῶν οὐδέν τι τερπνὸν κατὰ τόνδε τὸν βίον ἢ θυμῆρες δώσειν ὑπέσχετο, ἀλλὰ πενίαν καὶ ταλαιπωρίαν καὶ λοιδορίαν καὶ μάστιγας καὶ διαφόρους σφαγάς· Ἐν τῷ κόσμῳ γὰρ, ἔφη, θλίψιν ἕξετε· καὶ, Μακάριοί ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ᾽ ὑμῶν ψευδόμενοι ἕνεκεν ἐμοῦ· χαίρετε καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς
67 ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Καὶ τοὺς μὲν πόνους καὶ

50. ἔφη γὰρ] τί γὰρ ἔφη B. Mox ὅμοιοι Vb. pro υἱοί. 54. ἀποχρῆν] ἀποχρῆναι Va.

134, 4. οὕτως] οὗτος C. 5. τὸν om. B. τοι pro τι C. 7. λοιδορίαν] λοιδορίας B. 11. ψευδόμενοι ἕνεκεν ἐμοῦ] ἕνεκεν ἐμοῦ ψευδόμενοι B.

sequentibus vos. Subinde vero ostendit et præmium quod obitorum certaminum dignitatem longe excedit: *Ut sitis*, inquit, *filii patris vestri qui in cælis est; qui oriri facit solem suum super malos et bonos, et pluit super justos et injustos.* Cumque de jurejurando mentionem faceret, jurare prorsus inhibuit; satis esse inquiens ad confirmanda ea quæ loquamur, si dixerimus, *Est, Non est.* Pauperem quoque vitam perfectissimam esse asseruit. *Qui enim*, inquit, *non renunciaverit omnibus bonis suis, non potest meus esse discipulus.* Et tamen, cum adeo exactum vitæ genus suis legibus institueret, nihil delectabile, nihil jucundum sese nobis in hac vita daturum promisit; sed paupertatem, miseriam, contumelias, flagra, cædes, ac multiplices vexationes. Inquit enim: *In mundo pressuram habebitis:* et, *Beati estis cum maledixerint vobis, et persequuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos, mentientes propter me. Gaudete et exsultate; quoniam merces vestra multa est in cælis.* Ac labores quidem illis periculaque ostendit;

102 εἰσι τῶν πραγμάτων εἰκόνες. Ὥσπερ τοίνυν τῶν ἀρίστων ζωγράφων τὴν τέχνην ῥᾷον ἄν τις καταμάθοι τῷ ἀληθινῷ καὶ ἀρχετύπῳ χαρακτῆρι παρατιθεὶς τὴν εἰκόνα, οὕτω χρὴ καὶ ὑμᾶς καθάπερ ἰδέαν τινα τὴν προφητείαν ὑπὸ τοῦ σοφωτάτου προδιαγραφεῖσαν ζωγράφου παραθεῖναι τοῖς πράγμασιν, ἤδη λαβοῦσι τὸ πέρας, καὶ τὸ
103 τῆς ὁμοιότητος θεάσασθαι ἀπαράλλακτον. Πάλαι μὲν γὰρ πρὶν δέξηται τὸ πέρας ἡ προφητεία, εἶχέ τινα πόνον

50. πᾶσαν] ἅπασαν B.Vb. Tum τὴν γῆν C. 51. οἱ ἄλλοι] οἱ om. Vb. pen. ἐδεήθην] ἐθεήθην B. et v. seq. ἐθέλητε cum Vb. ib. πάσας γράφων] πολλῶν γραφῶν Vb. qui om. δέ γε. ult. ἂν] ἐὰν C.

151, 3. καταμάθοι] καταμάθη C. 6. ἰδέαν] εἰδέαν B. 8. λαβοῦσαν] λαβοῦσι B. 9. ὁμοιότητος] ὁμοιωσεως (superscr. οτητος) B. correctio est a p. m. 10. δέξηται] δέξασθαι Vb.

sancti adventum, in universum orbem terra marique apostolorum discursum.

Eadem vero hæc et omnes alii prophetæ prædixisse inveniuntur. Ego autem superfluum putavi omnes de Christo prædictiones colligere. Multis enim mihi librorum voluminibus opus esset, ut inde prophetias omnes describerem, quæque sunt ad rem hanc opportuna decerperem. Sufficit autem; modo ipsi velitis; harum quas nuper allatas vobis audistis, veritatem discernere. Sunt enim manifestæ atque verissimæ, ac veluti expressæ quædam rerum imagines. Sicut itaque optimorum pictorum artem facilius explorare quis poterit, qui veræ atque archetypæ rei pictam imaginem conferat; ita et vos decet quam prophetiam sapientissimus pictor Deus ante depinxit, velut imaginem quandam rebus ipsis quæ jam evenerunt, conferre, atque ita nihil evariantem similitudinem intueri. Prius enim quam prophetia ex eventu rerum finem consequeretur, non parum laboris erat persuadere hominibus qui tunc vivebant, eventura esse quæ

τὸ πεῖσαι τοὺς τηνικαῦτα ἀνθρώπους ὡς ἀληθῆ τὰ θεσπίσματα· ἐπειδὴ δὲ τὰ πάλαι καὶ πρόπαλαι προρρηθέντα νῦν ὁρῶμεν τετελεσμένα, καὶ τὰ ῥήματα ἐκεῖνα γενόμενα πράγματα, οὐ δεῖ πόνων ἡμῖν εἰς τὸ πεῖσαι τὰς ἀκοάς. Ἔχουσι γὰρ αὗται μαρτυροῦντα τὰ ὄμματα· καὶ περιττὸς ἡμῖν Ἡρόδοτος, λέγων, ὅτι τὰ *ὦτα ὑπάρχει ἀνθρώποις ἀπιστότερα ἐόντα τῶν ὀφθαλμῶν.* Ὁρῶσι γάρ που οἱ ὀφθαλμοὶ ἅπερ ἀκούει τὰ ὦτα.

104 Ἐπειδὴ τοίνυν καὶ ὀλίγων προφητειῶν ἐπηκούσατε, καὶ
τὴν τῶν πραγμάτων ἑοράκατε μαρτυρίαν, παράθετε, ὦ
ἄνδρες, τοῖς ὑμετέροις χρησμοῖς τῶν προφητῶν τὰ θε-
σπίσματα, καὶ βοήσατε μετὰ τοῦ ἀποστόλου, *Τίς κοινωνία
φωτὶ πρὸς σκότος; τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαρ;
ἢ τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; τίς δὲ συγκατάθεσις ναῷ
105 Θεοῦ μετὰ εἰδώλων;* Ναοὶ μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ τῶν προ-
φητῶν οἱ χοροί· εἴδωλα δὲ κωφὰ, τὰ παρὰ τῶν ἐθνῶν
προσκυνηθέντα, περὶ ὧν τὸ θεῖον πνεῦμά φησι, *Τὰ εἴ-
δωλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων·
στόμα ἔχουσι, καὶ οὐ λαλήσουσιν· ὀφθαλμοὺς ἔχουσι, καὶ*

16. *αὗται*] *αὐτὰ* B. Mox *ὀνόματα* C. 18. *τῶν ὀφθ.*] *τῶν* om. C. qui infra *ἀκούουσι.* 20. *προφητειῶν*] *προφητῶν* B. 21. *ἑωράκατε*] *ἑοράκατε* B. 22. *ὑμετέροις*] *ἡμετέροις* C. 26. *πιστῷ*] *πιστῶν* C. 27. *τοῦ* om. B. 29. *προσκυνηθέντα*] *προσκινηθέντα* B.

prædicerentur. Nunc autem, cum impleta jam videamus quæ tot ante sæculis prophetæ illi prædixerant, quæque olim verba fuerant, esse nunc facta, nullus jam nobis labor relinquitur ad faciendam auribus fidem. Aures enim oculorum testimonio nunc utuntur. Neque indigemus Herodoti auctoritate, ut sciamus aures esse oculis infideliores: oculi enim nostri vident quæ auditu aures accipiunt.

Quando igitur et prophetias a me citatas audistis, et rerum testimonia oculis inspexistis, age jam nostrorum prophetarum divinas voces dæmonum vestrorum oraculis comparate; ut cum apostolo exclametis, *Quæ societas luci ad tenebras? quæve conventio Christi ad Beliar? aut quæ pars fideli cum infideli? quis consensus templo Dei cum idolis?* Templa enim Dei sunt prophetarum chori: idola vero, quæ gentes adorarunt, surda et muta sunt. De quibus et David ita locutus est: *Simulacra gentium argentum et aurum, opera manuum hominum. Os habent, et non loquentur; oculos habent, et non videbunt. Aures habent, et*

οὐκ ὄψονται· ὦτα ἔχουσι, καὶ οὐκ ἀκούσονται· ῥῖνας ἔχουσι, καὶ οὐκ ὀσφρανθήσονται· χεῖρας ἔχουσι, καὶ οὐ ψηλαφήσουσι· πόδας ἔχουσι, καὶ οὐ περιπατήσουσιν· οὐ φωνήσουσιν ἐν τῷ λάρυγγι αὐτῶν· [οὐδὲ γάρ ἐστι πνεῦμα ἐν τῷ στόματι αὐτῶν.] Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτά, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς. Ὑμᾶς δὲ γένοιτο μεταμαθεῖν τὴν ἀλήθειαν, καὶ τῆς προφητικῆς μὴ μεταλαχεῖν ἀρᾶς.

ΠΕΡΙ ΤΕΛΟΥΣ ΚΑΙ ΚΡΙΣΕΩΣ. ιαʹ.

ἈΡΙΣΤΙΠΠΟΝ ἐκεῖνον ἴσως, ὦ ἄνδρες, ἀκούετε, τὸν Ἀριστίππου τοῦ Σωκράτους ἑταίρου θυγατριδοῦν. Οὗτος τῇ μητρὶ φιλοσοφούσῃ συνὼν φιλοσοφίας ὡς πλεῖστον μετείληχεν. Ἔλαχε δὲ καὶ ὄνομα ξυντεθὲν ἐκ τοῦ πράγματος· μητροδίδακτον γὰρ αὐτὸν ὠνόμαζον ἅπαν-
2 τες. Ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν ἤρκεσεν εἰς μετουσίαν φιλοσοφίας καὶ μόνα τῆς μητρὸς τὰ παιδεύματα· ὑμεῖς δέ, καὶ προφητῶν τοσούτων [καὶ ἀποστόλων] ἀκούοντες, καὶ

37. [οὐδὲ etc.] om. C. 39. μεταμαθεῖν] καταμαθεῖν Vb. f. e conj. 40. μεταλαβεῖν] μεταλαχεῖν B. 47. ἑταίρου] ἑταῖρον B. 53. καὶ ἀποστόλων] om. B.

non audient; nares habent, et non odorabunt. Manus habent, et non palpabunt; pedes habent, et non ambulabunt. Non clamabunt in gutture suo: neque enim est spiritus in ore ipsorum. Similes illis fiant qui faciunt ea, et omnes qui confidunt in eis. Vobis autem, viri Græci, potius contingat veritatem perdiscere, quam propheticæ hujus imprecationis pati supplicium.

XI. SERMO. DE FINE ET JUDICIO.

ARISTIPPI nomen, o Græci homines, ad vestras fortasse aures pervenit; illius inquam Aristippi qui ex filia nepos fuit ejus Aristippi quo Socrates amicissimo usus est. Is itaque ex familiaritate matris atque convictu; nam et hanc philosophatam Græci asserunt; ad magnam philosophiæ cognitionem pervenit. Cognomen vero etiam ab re ipsa contraxit. Omnes enim *metrodidacton*, hoc est matris discipulum, appellabant. Atque illi quidem ad participatum philosophiæ sola matris documenta satis fuerunt: vos autem, cum tot jam prophetas audieritis, nec minus et eos qui post pro-

μέντοι καὶ τῶν μετ᾽ ἐκείνους [ἐν] διδασκαλίᾳ λαμψάν-
3 των, μαθεῖν οὐ βούλεσθε τὴν ἀλήθειαν. Τοῦτο δὲ ὑμῖν 152
ξυμβαίνει τὸ πάθος, ἐπείπερ ἀνόητα τυχὸν ταυτὶ νομί-
ζετε τὰ μαθήματα. Οὐ γὰρ Συρακουσίαν χλιδὴν, οὐδέ
γε ἀνειμένον καὶ ἁβροδίαιτον ἐπαγγέλλεται βίον, οὐδὲ
τὸν πολυάρατον πλοῦτον, καὶ τῶν ἐκείνου ῥευμάτων τὸν
εὔριπον, ἀλλ᾽ ἱδρῶτας, καὶ πόνους, καὶ πολιτείαν πολύ-
4 μοχθον. Ταῦτα γὰρ ὑμῖν κατάδηλα, τὸ δέ γε τούτων
τέλος ἀθέατον. Μόνα γάρ που εἰωθότες τὰ ὁρώμενα
βλέπειν, ἰδεῖν οὐ δύνασθε τῶν ἀοράτων τὴν φύσιν· τοὺς
ὀφθαλμοὺς γὰρ ἐκείνους οὐκ ἔχετε ὧν ἡ πίστις δημιουρ-
5 γός. Ἐγὼ δὲ ὑμῖν, ὡς ἔμοιγε δυνατὸν καὶ ὑμῖν χωρη-
τὸν, δηλώσω καὶ ταῦτα, τῇ τῶν θείων λογίων πάλιν
χρώμενος δαδουχίᾳ. Προὔργου δὲ οἶμαι δεῖξαι καὶ νῦν
ἐκ παραλλήλου τῶν φιλοσόφων τὰς δόξας καὶ τῶν θείων
εὐαγγελίων τὰ δόγματα, ἵνα γνῶτε τί μὲν ἐκεῖνοι τέλος
ὡρίσαντο, τί δὲ οἱ θεῖοι ἐπαγγέλλονται λόγοι.
6 Ὁ μὲν οὖν Ἐπίκουρος τὸ ἥδιστα ζῆν ὡρίσατο τέλος·

54. [ἐν] om. C.
152, 5. καὶ τῶν] καὶ τὸν B. Mox εὔριππον C. 6. ἱδρῶτας] ἱδρότας B. 8. μόνα] μόνον C. 16. γνῶτε] γνώσησθε B.Va. 18. μὲν οὖν] γε μὴν Vb.

phetas celebri doctrina claruerunt, perdiscere tamen veritatem non vultis. Hoc autem vobis inde vitium advenit, quod existimatis inutilia prorsus hæc esse instituta quæ de Christiana religione perdiscenda sunt. Non enim Syracusanas delicias, non remissum vitæ genus atque mollissimum, non exsecrandas divitias pollicentur, non ex divitiarum fluxu lubricum euripum; sed sudores multos laboresque vitam denique anxiam et durissimam. Sunt enim hæc omnibus ante oculos posita, passimque perspicua. Finis autem cujus gratia hæc feruntur abstrusus est, nullique conspicabilis. Assueti enim ea sola intueri quæ videntur, scire non potestis eorum naturam quæ non videntur: oculis enim illis caretis quorum fides est opifex. Ego autem, hic quoque adhibitis sacrorum sermonum facibus, et hæc ipsa vobis ostendam, quæ mihi ostendendi, quæque vobis capiendi facultas erit. Puto autem nunc quoque operæ pretium me facturum, si philosophorum opiniones ac divina evangeliorum dogmata vobis ex adverso constituam, ut ex proposita comparatione scire possitis, quemnam illi finem nobis statuerint, et quem divini sermones polliceantur.

Epicurus itaque jucundissima

τέλεον γὰρ ἀγαθὸν μόνην ἡγεῖτο τὴν ἡδονήν. Δημόκριτος δὲ ὁ Ἀβδηρίτης, ὁ τῶν τούτου δογμάτων πατήρ, ἀντὶ τῆς ἡδονῆς τὴν ἐπιθυμίαν τέθεικεν· ὀνομάτων, οὐ
7 δογμάτων ἐναλλαγὴν ποιησάμενος. Καὶ Ἡράκλειτος δὲ ὁ Ἐφέσιος τὴν μὲν προσηγορίαν μετέβαλε, τὴν δὲ διάνοιαν καταλέλοιπεν· ἀντὶ γὰρ τῆς ἡδονῆς εὐαρέστησιν τέθεικεν. Ἔχει δέ τινα καὶ ἑτέραν ἔμφασιν οὗτος ὁ ὅρος. Ἀορίστως γὰρ τὴν εὐαρέστησιν τέθεικε, τὸ δὲ ταύτης ποιὸν οὐ δεδήλωκε. Διάφοροι δὲ τῶν ἀνθρώπων αἱ γνῶμαι· τοῖς μὲν γὰρ ἀρέσκει σωφροσύνη, τοῖς δὲ ἡ ταύτης ἐναντία κακία· καὶ τοῖς μὲν, ἀκρασία· τοῖς δὲ, ἐγκράτεια· καὶ τούτοις μὲν, ἄδικος καὶ πλεονεκτικὸς βίος· ἐκείνοις δὲ, δίκαιος. Τὸ τοίνυν ἑκάστῳ ἀρέσκον, ἡδύ τε καὶ ἀξιέραστον, οὗτος ὡρίσατο τέλος, ἀντὶ τῆς ἡδονῆς
8 τὴν εὐαρέστησιν τεθεικώς. Ὁ δὲ πολυθρύλητος Πυθαγόρας τὴν τελεωτάτην τῶν ἀριθμῶν ἐπιστήμην ἔσχατον ὑπέλαβεν ἀγαθόν· ὁ Ἑκαταῖος δὲ, τὴν αὐτάρκειαν· ὁ δὲ

22. ἐπιθυμίαν] εὐθυμίαν Sirm. Forte ex Clem. Alex. Str. II. p. 498, 5. v. Menag. ad D. Laërt. IX. 45. ib. ἐναλλαγὴν] ἐναλλαγῇ C. 24. [οὐ] ante καταλέλοιπεν om. B. 25. εὐαρέστησιν] εὐδοκίαν Vb. et sic infra. 27. τὸ δὲ ταύτης] τί δὲ αὐτῆς B. 29. τοῖς] τοὺς B.C. et sic mox. 30. κακία] κάκη B. 31. τούτοις] τούτους B. et mox ἐκείνους. 33. ἑκάστῳ] ἐκείνῳ Vb. 34. οὗτος] οὕτως C. 37. ὑπελάμβανεν] ὑπέλαβεν B.C.

vita finem metitur: supremum namque bonum solam esse voluptatem opinatus est. Democritus autem Abderites, horum dogmatum pater, pro Voluptate Concupiscentiam posuit; non sententiæ quidem, sed nominum dumtaxat facta mutatione. Heracletus item Ephesius nomen invertit, sensum servavit: nam pro voluptate, Beneplacitum dixit. Habet tamen hæc dictio aliam quandam vim. Infinita enim atque incerta ratione Beneplacitum posuit; qualitatem tamen hujus beneplaciti non expressit. Sunt autem hac in re variæ hominum differentesque sententiæ. Aliis siquidem placet temperantia; aliis vero, quod huic maxime contrarium est vitium: aliis, continentia placet; aliis, incontinentia: aliis, per iniquitatem atque avaritiam vivere; aliis, per justitiam et æquitatem. Quod itaque unicuique libitum est, quod jucundum atque amabile, id ille videtur finem hominis definisse, tacito quidem voluptatis nomine, proque eo beneplaciti usus nomenclatura. Pythagoras autem ultimum hominis bonum in exactissima numerandi scientia opinatus est esse: Hecatæus, in eo statu rerum qui homini satis

Ἀντισθένης, τὴν ἀτυφίαν· Ἀναξαγόρας δὲ ὁ Κλαζο-
μένιος, τὴν θεωρίαν τοῦ βίου, καὶ τὴν ἀπὸ ταύτης
ἐλευθερίαν· φιλοσόφῳ δὴ πρέποντα ὁρισάμενος ὅρον.
Μέγιστον γὰρ ἀληθῶς ἀγαθὸν τὸ ξυνιδεῖν τῶν πραγ-
μάτων τὴν φύσιν, καὶ τῶν ῥεόντων καταφρονῆσαι, καὶ
9 τὴν ψυχὴν ἀδούλωτον καὶ ἐλευθέραν διατηρῆσαι. Πλά-
των δὲ ὁ Ἀρίστωνος τῇ μεγαλονοίᾳ τοῦ ὅρου καὶ
τοῦτον ἀπέκρυψε· τὸ γὰρ ὁμοιωθῆναι θεῷ κατὰ τὸ
δυνατὸν τέλος ὡρίσατο τῶν ἀγαθῶν. Ἀξιέπαινος μὲν
οὖν καὶ ἡ περὶ τὴν μίμησιν τῶν θείων παραίνεσις· ἡ δὲ
[τοῦ] κατὰ τὸ δύνατον προσθήκη ἀξιαγαστότερον τὸν
ὅρον ἀπέφηνεν. Οὐ γὰρ κατὰ πάντα δυνατὸν ὁμοιωθῆ- 153
ναι θεῷ. Πῶς γὰρ ἄν τις ὁρατὸς ὢν ὁμοιωθείη τῷ ἀο-
ράτῳ· καὶ βραχὺς ὤν, καὶ τόπῳ σμικρῷ περιγεγραμμέ-
νος, τῷ ἀπεριγράφῳ καὶ τὴν κτίσιν συνέχοντι· καὶ αὖ
πάλιν τῷ αἰωνίῳ, πρόσφατος ὤν· καὶ τῷ τὰ πάντα
τεκτηναμένῳ, μηδὲ πηχυαῖον οὐρανὸν δημιουργῆσαι δυ-

47. τῷ θεῷ] τῷ om. B. et mox om. [τοῦ]. 49. θείων] θεῷ addit C. τοῦ θείου Vb. pro τῶν θείων. 51. οὐ γὰρ—θεῷ om. B. ib. ἀπέφηνεν] ἀπέφηναν C.

153, 2. ὁμοιωθείη] ὁμοιωθῇ C. 3. περιγέγρ.] γεγρ. C. 4. τὴν κτίσιν] τῇ κτίσει C. 5. τὰ om. B. 6. πηχυαῖον] πηχαῖον C.

esset: Antisthenes, in modestia et humilitate: Anaxagoras Clazomenius, in vitæ speculatione, in eaque animi libertate quæ ab hujusmodi speculatione proficiscitur; convenientem philosopho terminum omnino constituens. Maximum enim profecto bonum est naturam rerum callere; ut ex ea cognitione contemnamus quæ fluxa sunt, animumque ab omni servitute liberum conservemus. Plato autem [Rep. p. 613 A.], Aristonis filius, altitudine ac magnificentia termini illum nobis occuluit. Bonorum siquidem finem statuit, ut, quantum in nobis sit, Deo perquam similes evadamus. Laudabilis sane adhortatio; quæ nos ad divinorum imitationem invitat. Illa tamen verborum additio, ut id faciamus *quantum in nobis est*, admirabile id magis homini quam præstabile esse ostendit. Neque enim fieri potest ut usquequaque Deo similes evadamus. Quo enim pacto visibilis homo invisibilem imitetur? quomodo qui brevis est, ac exiguo loco concluditur, illi queat esse persimilis, qui extra omnem terminum constitutus ipse continet universa? Quæ sit rursus ad æternum rerumque omnium condi-

10 νάμενος; Τοιγάρτοι οὔτε τὴν φύσιν ἐκείνην, οὔτε τὴν
δύναμιν, οὔτε μὴν τὴν σοφίαν μιμήσασθαι δυνατόν· τοῦ
ἀγαθοῦ μέντοι καὶ δικαίου καὶ ἡμέρου καὶ φιλανθρώπου
τύπους ἀμηγέπη τινὰς ἐκμάξασθαι οἷόν τε. Καὶ γὰρ ὁ
δεσπότης Χριστὸς ταύτην τοῖς τελειότητος ἐφιεμένοις
τὴν μίμησιν προὔθηκε· Γίνεσθε γάρ, φησιν, οἰκτίρμονες,
καθὼς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος οἰκτίρμων ἐστίν· ὅτι
ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ
11 βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. Καὶ ὁ τοῦ Πλάτωνος
δὲ διδάσκαλος ὁ Σωφρονίσκου Σωκράτης, οὐ τὸν πλούτῳ
περιρρεόμενον, καὶ ἐξ οὐρίων φερόμενον, ἀλλὰ τὸν δι-
καιοσύνῃ κοσμούμενον, εὐδαίμονα εἴωθεν καλεῖν· καὶ
ἀσεβεῖς ὠνόμαζε τοὺς τὸ ξυμφέρον τοῦ δικαίου χωρί-
ζοντας· μόνον γὰρ εἶναι ξυμφέρον τὸ δίκαιον ἔλεγεν.
12 Οἱ δέ γε ῥήτορες τούτων ἐπαΐειν τῶν λόγων οὐκ ἤθελον·
ἄλλο γάρ τι παρὰ τὸ ξυμφέρον εἶναι τὸ δίκαιον ἔλε-
γον· ἀξύμφορον ταύτῃ πῃ τὸ ξυμφέρον δεικνύντες·
ἄδικον γὰρ δήπουθεν, τὸ τοῦ δικαίου κεχωρισμένον· τὸ

14. [καὶ] om. C. qui mox ἡμῶν. 20. εἰώθει] εἴωθεν B.Va. Mox εὐσεβεῖς B. 25. δηλοῦντες] δεικνύντες B. Supra ἀξύμφερον C.

torem illius similitudo, qui recens est ac novitius, quique ne ulnaris quidem quantitatis queat cælum componere? Nulli est ergo natura illa, nulli potentia, nulli sapientia imitabilis. Bonitatis tamen ac mansuetudinis, justitiæque ac humanitatis divinæ typos aliquos quoquo modo effingi posse, non infitias iverim: quandoquidem et Christus iis, qui perfectionem assequi cupiebant, genus hoc imitationis proposuit. Inquit enim: *Estote misericordes, sicut et pater vester cælestis misericors est; qui oriri facit solem super malos et bonos, et pluit super justos et injustos.* Platonis quoque præceptor Socrates filius Sophronisci, non divitiis affluentem hominem, neque secundo vento semper utentem, sed justitia exornatum virum solitus est felicem appellare. Impios enim scelestosque vocabat, qui utilitatem a justitia ipsa sejungerent; opinatus in sola probitate ac justitia repositam esse utilitatem. Oratores autem his dictis aures accommodare noluerunt. Dicebant enim utilitatem ab recto sejunctam esse; non sentientes, utilitatem sine justitia omni utilitate cassam relinqui. Nam si injustum est quod justitia caret, quod est injustum utique erit et noxium: quod vero noxi-

δέ γε ἄδικον, βλαβερόν· τὸ δὲ βλαβερὸν, οὐκ ἂν εἰκότως
13 κληθείη ξυμφέρον. Ὁ μὲν οὖν Πλάτων καὶ Σωκράτης
καὶ ξύμφωνα ἐφάτην καὶ ἀξιέπαινα· Ἀριστοτέλης δὲ,
τῆς Πλάτωνος διδασκαλίας μεταλαχὼν, τούτων οὐκ
ἀπώνατο τῶν δογμάτων, ἀλλὰ ξυμπληροῦσθαι τὴν εὐ-
δαιμονίαν ἐκ τριγενείας ἔφη, ἐκ τῶν κατὰ ψυχὴν, ἐκ
τῶν κατὰ σῶμα, ἐκ τῶν ἐκτός· χρῆναι γὰρ τὸν εὐδαί-
μονα ἔλεγε μὴ μόνον ἀρετῇ κοσμεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ ῥώμην
ἔχειν, καὶ ὥρᾳ λάμπειν, καὶ πλούτῳ περιρρεῖσθαι· τὸν
δέ τινος τούτων ἐστερημένον ἥκιστα καλεῖσθαι εὐδαί-
μονα. Μᾶλλον δὲ οὗτος, ὡς ἔοικεν, ἠκολούθησε Σιμωνίδῃ
14 τῷ ποιητῇ. Ἐκεῖνος γὰρ ἔφη·

> Ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἀνδρί·
> δεύτερον δὲ, φυὰν καλὸν γενέσθαι·
> τρίτον δὲ, πλουτεῖν ἀδόλως.

Καὶ ὁ Θέογνις δὲ τὴν πενίαν φεύγειν παρεγγυᾷ, καί φησι·

> Χρὴ πενίην φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον
> ῥιπτεῖν, καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ᾽ ἠλιβάτων.

15 Οἱ δὲ Στωϊκοὶ ἐναντία τούτοις ἄντικρυς ἐψηφίσαντο.

27. βλαβερὸν om. B. 32. ἐκ τριγενείας om. Vb. 35. ἔχειν] ἔλεγεν C. 38. ἠκολούθησε] ἠκολούθη B. 40. ἀνδρὶ] ἄνδρα B. 41. ὁ Θέογνις] ὁ om. B. 43. μέγα κήτεα B. 45. τούτοις] τούτῳ Vb.

um est, utile numquam vocari poterit. Plato igitur ejusque præceptor Socrates consona et laudabilia dixisse inveniuntur. Aristoteles [v. Clem. Alex. Str. II. p. 496. IV. p. 573.] autem, tametsi Platonis auditor fuerit, ex illius tamen doctrina parum profecit. Ex triplici enim bonorum genere, id est animæ, corporis, ac externis bonis, plenam felicitatem fieri affirmavit. Aiebat enim, qui vere felix habendus sit, eum non modo virtute excultum esse oportere, sed robusta præditum valitudine, sed egregia forma insignem, sed divitiis affluentem : qui autem careat aliquo eorum bonorum, felicem appellandum non esse. Hic autem, ut mihi quidem videtur, Simonidæ poëtæ sententiam sequutus est. Is enim sic inquit : *Optimum est homini, ut bene valeat : proximum, ut bona sit forma : tertium, ut sine dolo sit dives.* Theognis item poëta paupertatem vitari quam maxime adhortatur : *Pauperiem fugitare decet, pelagique sub undas Vertice vel montis mittere præcipitem.* Stoici vero ipsi sanxerunt quæ

Τὸ γὰρ ἀκολούθως τῇ φύσει ζῆν ὡρίσαντο τέλος, καὶ
τὴν ψυχὴν ἔφασαν μηδὲν ὑπὸ τοῦ σώματος ἢ ὠφελεῖ-
σθαι ἢ βλάπτεσθαι· οὔτε γὰρ εἰς ἀρετὴν αὐτὴν ἡ ὑγεία
μὴ βουλομένην βιάζεται, οὔτε εἰς κακίαν παρὰ γνώμην
ἡ νόσος καθέλκει· ἀδιάφορα γὰρ ταῦτα ἔλεγον εἶναι.
Ἐκεῖνο δέ γε αὐτῶν κομιδῇ τολμηρόν· ἀνθρώπου γάρ 154
16 [τοι] καὶ θεοῦ τὴν αὐτὴν ἔλεγον ἀρετήν. Ἐπίκουρος
δὲ, τὴν ἐναντίαν τούτοις ὁδεύσας, τὸ μήτε πεινῆν μήτε
διψῆν εὐδαιμονίαν ὡρίσατο· καὶ τούτων τὸν ἀπολαύοντα
ἔλεγε κἂν Διῒ πατρὶ μάχεσθαι· οὕτως αὐτὸν τὸ φιλή-
δονον ἐπαιδοτρίβησεν εἰς ἀσέβειαν. Μὴ γὰρ δή τις μό-
νον ἴδῃ τὸ παρ' αὐτοῦ κωμῳδούμενον ὄνομα, τὸν Δία
λέγω· τὸν γὰρ δὴ τῶν ὅλων Θεὸν οὕτω νοῶν ἐκεῖνος
17 τὴν βλασφημίαν ἐτόλμησε. Τοῦτο δὲ πέπονθεν ὁ τρισ-
άθλιος, τῷ αὐτομάτῳ καὶ τοῖς ἀτόμοις πιστεύων, καὶ
ἀνηγεμόνευτα εἶναι καὶ ἀτημέλητα τὰ πάντα ἡγούμενος,
καὶ τῶν βεβιωμένων οὐ προσμένων ἐξέτασιν, ἀλλὰ

47. ἢ om. B. 49. ἡ ὑγίεια] ἢ ὑγίειαν C.Vb.
154, 1. [τοὶ] om. C.Vb. 4. τούτων—κἂν] τοῦτον—καὶ C. καὶ item Vb. 10. ἀτόμοις] αὐτομάτοις B. ἀτόποις C. 11. τὰ πάντα] τὰ om. B. 12. προσμένων] πρὸς B.

his apertissime sint contraria. Finem namque hominis ac felicitatem definierunt, ut naturam vitæ ducem sequatur. Animam quoque iidem Stoici dixerunt neque utilitatis a commercio corporis neque detrimenti quicquam accipere. Nam neque ad virtutem capessendam bona corporis valitudine, dum vivit, compellitur: neque rursus ad vitium trahitur ulla corporis ægritudine. Hæc enim indifferentem habere vim opinantur. Illud vero eorundem Stoicorum impudens plane verbum, atque audacius dictum est: eandem namque et Dei et hominis virtutem esse asserebant. At Epicurus, his contrariam viam ingressus, felicitatem hominis eam definivit, ut nec famem nec sitim patiatur: proque tuenda saturitate censebat vel adversus patrem Jovem esse homini depugnandum. Ad tantam ille impietatem voluptarium hominem erudiebat. Neque enim solum Jovis nomen advertendum est, quod ille in derisum ac dicterium usurpabat; sed Deum totius mundi opificem, quem ille Jovis appellatione intelligens, blasphemare est ausus. Hoc autem vitium illi accidit, quod et casui et atomis nimium tribuebat, nulloque duce gubernari, sed ferri sua sponte ac im-

μέχρι τῶν τάφων εἶναι νομίζων τῶν ἀνθρώπων τὴν ξύστασιν. Ὁ δέ γε Πλάτων καὶ τὰ δικαστήρια τὰ ἐκεῖ καὶ τὰ κολαστήρια δείκνυσι, καί φησιν ἐν τῷ δεκάτῳ
18 τῆς Πολιτείας, Ἐνταῦθα δὴ ἄνδρες ἄγριοι, διάπυροι ἰδεῖν, παρεστῶτες καὶ καταμανθάνοντες τὸ φθέγμα, τοὺς μὲν ἰδίᾳ παραλαμβάνοντες ἦγον, τὸν δὲ Ἀρίδαιον καὶ ἄλλους, ξυμποδίσαντες χεῖράς τε καὶ πόδας καὶ κεφαλὴν, καταβαλόντες καὶ ἐκδείραντες εἷλκον παρὰ τὴν ὁδὸν ἐκτὸς, ἐπ'
19 ἀσπαλάθων κνάπτοντες. Κἀν τῷ Φαίδωνι δὲ τὰ παραπλήσια λέγει· Τρίτος γάρ φησι ποταμὸς τούτων κατὰ μέσον εἰσβάλλει, καὶ ἐγγὺς τῆς εἰσβολῆς ἐμπίπτει εἰς τόπον μέγαν πυρὶ πολλῷ καιόμενον, καὶ λίμνην ποιεῖ μείζω τῆς παρ' ἡμῖν θαλάσσης, ζέουσαν ὕδατος καὶ πηλοῦ. Ἐντεῦθεν δὲ χωρεῖ κύκλῳ θολερὸς καὶ πηλώδης· περιελιττόμενος δὲ ἄλλοσέ τε ἀφικνεῖται, καὶ παρ' ἔσχατα τῆς Ἀχερουσίας λίμνης· καὶ οὐ ξυμμίγνυται τῷ ὕδατι· περιελιχθεὶς δὲ πολλάκις ὑπὸ γῆν ἐκβάλλει κατωτέρω τοῦ

14. δέ γε] γε om. B. 19. ἀριδαῖον] ἀρισταῖον Vb. alius codex ἀρδιαῖον. 20. καταβαλόντες] καταβάλλοντες B. 22. κνάμπτοντες] κνάπτοντες B.C. 23. γὰρ φησὶ] γὰρ δή φησὶ B. 25. ἐμπίπτει] ἐπιπίπτει B.Vb. 26. μείζω] μείζονα B. 29. ἄλλοσέ τε] ἄλλοσέ γε B.Va. 30. τῷ ὕδατι] τῷ om. B.Va. 31. ἐκβάλλει] ἐμβάλλει C. Sirm.

pune vagari cuncta opinabatur; nullam putans anteactæ vitæ reddendam esse cuiquam rationem, sed statum hominis sepulcrorum tenus protendi. Plato autem vel defunctis vita hominibus judicia imminere suppliciaque testatur. Ita enim in decimo Reipublicæ suæ libro scriptum reliquit [p. 615 C.]: *Hic itaque aderant feroces quidam viri, aspectuque ignei: qui, cum prodeuntem ex eo spiraculo mugitum percepissent, alios quidem seorsum correptos perducebant; Aridæum vero nonnullosque præterea vinctos manus ac pedes, decusso capite ac detracta cute, juxta viam raptabant, deflexo per acutissimas spinas tribulosque itinere.* In ipso quoque Phædone proxima his conscripsit. Inquit enim [p. 113 a.]: *Tertius autem fluvius, hosce medius interlabitur, ac non longe progressus, loco amplissimo cadens excipitur, qui multo igni ardere cernitur; ibique nostro hoc mari longe majorem paludem efficit, aqua cœnoque subbullientem. Inde autem egrediens, serpit in circuitum cœno subturbidus: ambituque magno circumvolutus, tum ad alia pervenit loca, tum ad extremos Acherusiæ paludis fines. Cujus tamen*

20 Ταρτάρου. Οὗτος δέ ἐστιν ὃν ἐπονομάζουσι Πυριφλεγέθοντα· οὗ καὶ οἱ ῥύακες ἀποσπάσματα ἀναφυσῶσιν, ὅπου ἂν τύχωσι τῆς γῆς. Τούτου δὲ αὖ κατάντικρυ ὁ τέταρτος ἐκπίπτει εἰς τόπον δεινόν τε καὶ ἄγριον. Λέγεται δὲ χρῶμα ἔχειν [ὅλον] οἷον ὁ κυανός· ὃν δὴ ἐπονομάζουσι στυγνόν· καὶ τὴν λίμνην [ἣν] ποιεῖ ὁ ποταμὸς ἐμβάλλων, Στύγα. Ὁ δὲ ἐμπεσὼν ἐνταῦθα, καί τινας δυνάμεις λαβὼν ἐν τῷ ὕδατι, δὺς κατὰ τῆς γῆς, καὶ περιελιττόμενος, χωρεῖ ἐναντίος τῷ Πυριφλεγέθοντι, καὶ ἀπαντᾷ ἐν τῇ Ἀχερουσίᾳ λίμνῃ ἐξ ἐναντίας. Καὶ οὐδὲ τὸ ταύτης ὕδωρ οὐδενὶ μίγνυται, ἀλλὰ καὶ οὗτος κύκλῳ περιελθὼν ἐμβάλλει εἰς τὸν Τάρ-
21 ταρον ἐναντίως τῷ Πυριφλεγέθοντι. Καὶ ἵνα μὴ πάντα λέγων μακροτέραν ἐργάσωμαι τὴν διάλεξιν, ῥᾴδιον, ὦ ἄνδρες, ἐντυχεῖν τῷδε τῷ διαλόγῳ, καὶ γνῶναι σαφῶς, ὅπως καὶ τὸ δικαστήριον ἐπιδείκνυσι, καὶ τῶν τὰ σμικρὰ ἡμαρτηκότων τὰ ξύμμετρα ἐπιτίμια, καὶ τῶν τὰ μεγάλα καὶ πλεῖστα ἠσεβηκότων τὰς ἀνηκέστους κολάσεις.

35. κατάντικρυ ὁ] κατάντικρυς B. qui mox δεινὸν—κυανὸς marg. et om. ὅλον. 37. ὃ] ὃν B.C. 38. ἣν om. B. 39. τινας] δεινὰς Sirm. 40. ἐναντίως] ἐναντίος B. Mox τούτου Sirm. pro ταύτης. 44. ἐναντίος] ἐναντίας B. ἐναντίως Euseb. mss. 45. μακροτέραν] μακροτάτην B. Tum ἐργάσομαι C.

aquis minime commiscetur, sed multiplici ambitu sub terram volutus, infra Tartarum denique erumpit. Hic est autem quem Pyriphlegethontem appellant; cujus etiam rivi avulsos aquarum ductus exsufflando eructant, ubi terrarum locorumque contingat. Exadverso autem hujus quartus item fluvius in horribilem atque asperrimum locum influit. Fertur autem coloris esse cyanei, Stygnusque nomine appellatur. Quam vero influens paludem facit, Stygem appellant. Is itaque in eam cadens, certasque ab illius aqua vires accipiens, ac terræ demum immersus, lapsu erratico revolutus fertur contra Pyriphlegethontem, fitque illi obvius ex adverso ad Acherusiam paludem. Neque vero illius aquis confunditur, sed hic quoque flexo volumine in circuitum lapsus influit in Tartarum, adversus Pyriphlegethonti. Ego vero plura non dicam, ne cuncta quæ possem vobis adducens, æquo longiorem sermonem protraham. Facile est autem, viri Græci, hunc Platonis librum in manus sumere, docerique ex illius lectione quodnam judicii tribunal ipse constituat, utque leviter peccantibus pares ac commensas pœnas decernat; graviter autem crebroque delinquentibus, indelebiles. Ego vero

Ὀλίγων δέ πῃ τινῶν ἀπομνημονεύσω κἀγώ· λέγει δὲ
22 *οὕτως· Οἳ δ' ἂν δόξωσιν ἀνηκέστως ἔχειν διὰ τὰ μεγέθη* 155
τῶν ἁμαρτημάτων, ἢ ἱεροσυλίας πολλὰς καὶ μεγάλας, ἢ φόνους πολλοὺς καὶ ἀδίκους καὶ παρανόμους ἐξειργασμένοι, ἢ ἄλλα ὅσα τυγχάνει τοιαῦτα ὄντα, τούτους δὲ ἡ προσήκουσα μοῖρα ῥίπτει εἰς τὸν Τάρταρον, ὅθεν οὔποτ' ἐκβαίνουσιν. Οἳ δ' ἂν ἰάσιμα μὲν μεγάλα δὲ δόξωσιν ἡμαρτηκέναι ἁμαρτήματα, οἷον πρὸς πατέρα ἢ [πρὸς] μητέρα ὑπ' ὀργῆς βίαιόν τι πράξαντες, καὶ μεταμέλον αὐτοῖς τὸν ἄλλον βίον βιῶσιν, ἢ ἀνδροφόνοι ἢ τοιούτῳ τινὶ ἄλλῳ τρόπῳ γένωνται, τούτους δεῖ ἐμπεσεῖν μὲν εἰς τὸν Τάρταρον, ἐμπεσόντας δὲ αὐτούς, καὶ ἐνιαυτὸν ἐκεῖ γενομένους, ἐκβάλλει τὸ κῦμα, τοὺς μὲν ἀνδροφόνους, κατὰ τὸν Κωκυτόν· τοὺς δὲ
23 *πατραλοίας, κατὰ τὸν Πυριφλεγέθοντα.* Εἶτα διδάσκει ὅπως βοῶσί τε καὶ ἱκετεύουσι τοὺς ἠδικημένους δοῦναι σφίσι συγγνώμην· ἔπειτα ἐκείνων ἀνανευόντων, ὅπως εἰς τὴν λίμνην αὖθις ἀναπεμπόμενοι τὰς αὐτὰς ὑπομένουσι τιμωρίας. Οὕτω δὴ τὰ κολαστήρια δείξας,

155, 2. *καὶ πολλὰς*] *καὶ* om. B.C. 3. *φόνους*] *φθόνους* B. qui om. *καὶ* ante *ἀδίκους*. 6. *δ'* om. C. 7. *ἀνίατα*] *ἂν ἰάσιμα* Sirm. et sic interpres. 8. [*πρὸς*] om. B. 10. *βιώσωσιν*] *βιῶσιν* B.Vb. 11. *δεῖ*] *δὴ* B. *δὲ* Sirm. addito *ἀνάγκη* post *Τάρταρον*. 13. *γενομένους*] *γιγνομένους* C.

pauca vobis ex eo libro nunc legenda apponam. Sic enim inquit [p. 113]: *Qui autem videantur insanabiles esse ob magnitudinem delictorum, ut qui sacrilegia multa et gravia, quique cædes præter æquum ac justum frequenter admiserint, et quæ sunt alia generis ejusdem; hos omnis æqua et conveniens sors in Tartarum demittit; unde numquam sint emersuri. Qui vero expiabiliter quidem, sed tamen graviter videantur peccasse; quale est, si qui iracundia perciti violenter in parentes aliquid fecerint; sed tamen pœnitentia adducti, eos in reliquo spatio vitæ coluerint; aut si qui hominem occiderint, vel tale quippiam perpetrarint; hos sane ipsos nihilosecius oportet in Tartarum dejici: cumque annum ibi totum peregerint, ab undis ejectantur: homicidæ quidem, ad Cocytum; qui vero in parentes peccarunt, ad Pyriphlegethontem.* Narrat autem post hæc Plato, quo pacto ii qui sic torquentur, magna voce veniam ab iis petant quos injuria ipsi affecerint, utque illis renuentibus iterum in lacum devolvantur, eadem quæ prius adhuc supplicia subituri. Cum hæc itaque tormentorum loca Plato satis ostenderit, tum et ea com-

παραδηλοῖ καὶ τῶν εὖ βεβιωκότων τοὺς χώρους, ὧδέ
24 *πη λέγων· Οἳ δ' ἂν δόξωσι διαφερόντως πρὸς τὸ ὁσίως διαβιῶναι προκεκρίσθαι, οὗτοί εἰσιν οἱ τῶνδε μὲν τῶν τόπων τῶν ἐν τῇ γῇ ἐλευθερούμενοι καὶ ἀπαλλαττόμενοι ὥσπερ δεσμωτηρίων, ἄνω δὲ εἰς τὴν καθαρὰν οἴκησιν ἀφικνούμενοι, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς οἰκιζόμενοι. Τούτων δὲ αὐτῶν οἱ φιλοσοφίᾳ ἱκανῶς καθηράμενοι ἄνευ τε καμάτων ζῶσι τὸ παράπαν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον, καὶ εἰς οἰκήσεις [ἔτι] τούτων καλλίους ἀφικνοῦνται, ἃς οὔτε ῥᾴδιον δηλῶσαι, οὔτε ὁ χρόνος ἱκανὸς ἐν τῷ παρόντι· ἀλλὰ τούτων μὲν δὴ ἕνεκα χρὴ ὧν διεληλύθαμεν, ὦ Σιμμία, πάμπαν ποιεῖν ὥστε ἀρετῆς καὶ φρονήσεως μετασχεῖν. Καλὸν γὰρ τὸ ἆθλον, καὶ ἡ ἐλπὶς*
25 *μεγάλη.* Κἂν τῷ Γοργίᾳ δὲ τὰ παραπλήσια λέγει· *Ἄκουε δὴ μάλα καλοῦ λόγου, ὃν σὺ μὲν ἡγήσῃ μῦθον, ὡς ἐγὼ οἶμαι, ἐγὼ δὲ, λόγον· ὡς ἀληθῆ γὰρ ὄντα σοι λεγέσθω ἃ μέλλω λέγειν.* Καὶ μετ' ὀλίγα· *Τὸν δὲ δικαίως τὸν βίον διεληλυθότα καὶ ὁσίως, ἐπειδὰν τελευτήσῃ, εἰς μακάρων νήσους ἀπιόντα οἰκεῖν ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ ἐκτὸς*

22. λέγων] βοῶν B. 27. οἰκιζόμενοι] κατοικιζόμενοι B. 30. [ἔτι] om. C.

memorat quæ reposita sunt iis qui pie atque honeste vixerint. Sic enim inquit [p. 114 B.] : *Qui autem vivendi sanctitate excelluisse ceteros videantur, hi sunt qui ab hisce terrenis locis, tamquam a vinculis exsoluti prorsusque liberati, ad superiorem illam puram habitationem perveniunt, atque ibi in terra optima collocantur. Qui vero homines per philosophiam satis purgati fuerint, ii et reliquum omne tempus absque ullis penitus laboribus vivunt, et subinde in pulchriores quam hæ sint, habitationes se conferunt. Quæ cujusmodi sint, haud facile quisquam dixerit; neque mihi præterea ad narrandum vacat. Sed horum gratia quæ dicta sunt, o Simmia, omni studio est annitendum ut virtutem ac prudentiam consequamur. Pulchrum enim præmium est repositum, nec exigua consequendi spes.* In Gorgiæ quoque libro narrat ea quæ sunt his valde affinia. Sic enim inquit [p. 523 A] : *Audi perpulchrum sermonem; quem tu quidem, quantum ipse opinor, esse fabulam existimabis; ego autem constantem sermonem puto. Itaque dicantur tibi tamquam vera, quæcumque dicturus sum.* Pauloque mox ita subsequitur : *Eum vero qui vitam juste ac sancte transegerit, morte obita in beatorum insulas deferri*

κακῶν· τὸν δὲ ἀδίκως καὶ ἀθέως, εἰς τὸ τῆς κρίσεώς τε
καὶ δίκης δεσμωτήριον, ὃ δὴ Τάρταρον *καλοῦσιν, ἰέναι.*
26 Καὶ *αὖθις· Ἔπειτα γυμνοὺς κριτέον ἁπάντων τούτων.*
Τεθνεῶτας γὰρ δεῖ κρίνεσθαι· καὶ τὸν κριτὴν δεῖ γυμνὸν
εἶναι τεθνεῶτα, αὐτῇ τῇ ψυχῇ αὐτὴν τὴν ψυχὴν θεωροῦντα
ἐξαίφνης ἀποθανόντος ἑκάστου, ἔρημον πάντων συγγενῶν,
καταλιπόντα ἐπὶ γῆς πάντα ἐκεῖνον τὸν κόσμον, ἵνα δι-
27 *καία ἡ κρίσις ᾖ.* Οὕτως ἀκριβῶς ἐπίστευεν ὁ Πλάτων
εἶναι τὰ ἐν ᾅδου κριτήρια. Ἐντυχὼν γὰρ Ἑβραίοις ἐν
Αἰγύπτῳ τῶν προφητικῶν πάντως λογίων ἐπήκουσε,
καὶ τὸν τοῦ πυρὸς ἔμαθε ποταμὸν, ὃν ὁ θεσπέσιος ἐθεά-
σατο Δανιὴλ, καὶ τοὺς Ἡσαΐου τοῦ θειοτάτου κατέμαθε 156
λόγους. Ἐκεῖνος γάρ που περὶ τῶν κολαζομένων φησίν·
Ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ
σβεσθήσεται. Καὶ πάλιν· [*Τίς ἀναγγελεῖ ἡμῖν ὅτι πῦρ*
καίεται;] *τίς ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὸν τόπον τὸν αἰώνιον;*
28 Καὶ ἄλλα δὲ τοιαῦτα πλεῖστά ἐστι παρὰ τοῖς προφήταις

46. δεῖ] δὴ B. 52. ἐπίστευεν ὁ Πλ.] ὁ Πλ. ἐπίστευεν B. ἐπιστεύσεν ὁ Π. C.

156, 1. τοῦ θεσπεσίου Ἡσαίου] τοὺς Ἡσαίου τοῦ θειοτάτου B. 4. τίς—καίεται om. B.

asserimus; easque incolentem, frui omni felicitate, et exsortem esse malorum omnium. Qui vero injuste atque impie vixerit, in judicii ac justitiæ carcerem detrudi affirmamus; quem Tartarum vocant. Et rursus; *Præterea judicandi sunt nudi cassique hisce rebus omnibus, mortui enim judicandi sunt. Nudum quoque oportet judicem esse, ipsumque etiam mortuum; qui anima dumtaxat quam judicaturus est animam speculetur cujuslibet vita excedentis. Oportet inquam esse judicem privatum cunctis consanguineis; qui omnem videlicet mundum reliquerit quo super terra vivens utebatur; ut hoc pacto justum sit legitimumque judicium.* Plato igitur ita hæc narravit, ut qui maxime crederet esse apud inferos judicii ac suppliciorum loca. In Ægypto enim cum Hebræis diversatus, proculdubio quæ hic dicuntur a prophetis accepit. Indeque didicit esse ignis fluvium, quem Daniel propheta vidisse se narrat. Didicit autem et quæ leguntur apud Esaiam. Ille enim de iis qui apud inferos puniuntur, hæc inquit: *Vermis eorum non morietur, neque ipsorum ignis exstinguetur.* Et iterum: *Quis renuntiabit nobis locum æternum?*

Plurima vero in hanc sententiam

εὑρεῖν. Ὁ δὲ φιλόσοφος τὰ μὲν ἐκεῖθεν λαβὼν, τὰ δὲ ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν ἀναμίξας μύθων, τοὺς περὶ τούτων ἐποιήσατο λόγους· καὶ τὰ ἐφεξῆς δὲ τὴν αὐτὴν ἔχει διάνοιαν· Τῶν γὰρ (φησὶ) δικαστῶν, ὅπερ ἔλεγον, πρῶτος μὲν ὁ Ῥαδάμανθυς ἐκεῖνος, ἂν τοιοῦτόν τινα λάβῃ, ἄλλο μὲν περὶ αὐτοῦ οὐκ οἶδεν οὐδὲν, οὔτε ὅστις, οὔτε ὧντινων, ὅτι δὲ πονηρός τις· καὶ τοῦτο κατιδὼν ἀπέπεμψεν εἰς τὸν Τάρταρον, ἐπισημαινόμενος, ἐάν τε ἰάσιμος, ἐάν τε ἀνίατος εἶναι δοκῇ. Ὁ δὲ, ἐκεῖσε ἀφικόμενος, τὰ προσήκοντα πάσχει. Ἐνίοτε δὲ, Ἕλληνος ἰδὼν βεβιωκυῖαν ὁσίως καὶ μετὰ ἀληθείας, ἀνδρὸς ἰδιώτου ἢ ἄλλου τινὸς, μάλιστα μὲν, ὡς ἔγωγέ φημι, ὦ Καλλίκλεις, φιλοσόφου τὰ αὑτοῦ πράξαντος καὶ οὐ πολυπραγμονήσαντος ἐν τῷ βίῳ, ἠγάσθη
29 τε καὶ εἰς μακάρων νήσους ἀπέπεμψε. Καὶ μετὰ βραχέα ἐπήγαγεν· Ἐγὼ μὲν, ὦ Καλλίκλεις, ὑπὸ τούτων τῶν λόγων πέπεισμαι, καὶ σκοπῶ ὅπως ἀποφανοῦμαι τῷ κριτῇ ὡς ὑγιεστάτην τὴν ψυχήν. Χαίρειν οὖν ἐάσας τὰς

11. ὥσπερ—πρῶτον] ὅπερ—πρῶτος B. ὅπερ item C. 13. αὐτοῦ] αὐτὸν C. 17. Ἕλληνος] ἄλλην Sirm. Ἕλληνος corrupte scr. pro ἄλλην εἰσ. 18. βεβιωκυῖαν ὁσίως] ὁσίως βεβιωκυῖαν B. 19. ὡς om. B. 25. ψυχὴν ἔχων] ἔχων om. B.

est apud prophetas perdiscere. Plato itaque tum sibi quædam inde assumens, tum et illis multa commiscens ex Græcorum fabulis, eos demum quos attuli de hisce rebus sermones scripsit. Quæ vero insequuntur, in eandem feruntur sententiam. Inquit enim [p. 526 B.]: *Ex judicibus enim (quod dudum tibi dicebam) primum quidem Rhadamanthus ille, si quem talem judicandum accipiat, nihil sane aliud illius hominis novit, neque quis sit ille, neque ex quibus ortus parentibus; sed solum curat malusne ille sit: quod ubi comperit, ad Tartarum eum demittit, signo apposito indicans sanabilisne an insanabilis videatur. Ille autem eo transmissus, congruentia patitur. Nonnumquam vero idem Rhadamanthus hominis Græci animam conspicatus, quæ sancte vitam peregerit, idiotæque aut alterius qui veritatem coluerit, atque ut equidem sentio, o Callicles, philosophi præsertim animam nactus, qui soli sibi vacaverit, neque multarum præterea rerum in vita solicitus fuerit, amanter hanc excipit Rhadamanthus, atque ad beatorum insulas mittit.* Pauloque mox hæc prædictis adjunxit: *Mihi quidem, o Callicles, his rationibus persuasum plane jam est, idque unum maxime aspicio, ut quam sanissimam ani-*

τιμὰς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων, τὴν ἀλήθειαν ἀσκῶν, πειράσομαι τῷ ὄντι, ὡς ἂν δύνωμαι, βέλτιστος ὢν, καὶ ζῆν, καὶ ἐπειδὰν ἀποθνήσκω, ἀποθνήσκειν. Παρακαλῶ δὲ καὶ τοὺς ἄλλους [ἅπαντας] ἀνθρώπους, καθ' ὅσον δύναμαι· καὶ δὴ καὶ σὲ ἀντιπαρακαλῶ ἐπὶ τοῦτον τὸν βίον [καὶ] τὸν ἀγῶνα τοῦτον, ὃν φημι ἀντὶ πάντων τῶν [ἐνθάδε] ἀγώνων [ἡμῖν] εἶναι· καὶ ὀνειδίζω σε ὅτι οὐχ οἷός τε εἶ σαυτῷ βοηθῆσαι, ὅταν ἡ δίκη σοι ᾖ καὶ ἡ κρίσις ἣν νῦν ἔλεγον. Ἀλλ' ἐλθὼν παρὰ τὸν δικαστὴν ἐκεῖνον τὸν τῆς Αἰγίνης υἱὸν, ἐπειδάν σε ἐπιλαβόμενος ἐκεῖνος ἄγῃ, χασμήσει καὶ ἰλιγγιάσεις, οὐδὲν ἧττον ἢ ἐγὼ ἐνθάδε, καὶ σὺ ἐκεῖ· καί σε ἴσως τυπτήσει, καὶ ἐπὶ κόρρης ἀτιμώσει, καὶ πάντως προπηλακιεῖ. Τάχα δ' οὖν ταυτὶ μῦθός σοι δοκεῖ λέγεσθαι, ὥσπερ ὑπὸ γραὸς, καὶ καταφρονεῖς αὐτῶν· καὶ οὐδέν γε ἂν ἦν θαυμαστὸν καταφρονεῖν τούτων, εἰ ἐπιζητοῦντες εἴχομεν τούτων βελτίω καὶ

30. [ἅπαντας] om. B.C. Tum καὶ post δὴ om. B. 31. [καὶ] om. B.C. πάντας addit C. post ἀντιπαρακαλῶ. 33. [ἡμῖν] om. B.C. 35. ἔλεγον. ἀλλ' ἐλθὼν] ἔλεγον ἀνελθὼν B. ἔλεγον ἐλθὼν Va. 36. ἐπιλαβόμενος] ἐπιλαμβανόμενος B.Va. 37. χασμήσῃ καὶ ἰλιγγ.] χασμήσει καὶ εἰλ. B. ἄγει χ. κ. ἰλιγγιάσῃς C. 38. καί σε ἴσως τυπτ. om. B. καὶ ἐπὶ κόρρης ἀτιμώσει Va. 40. ταῦτὶ] ταυτὶ B.V. ταύτῃ C. 41. καταφρονεῖς] καταφρονήσεις B. καταφρονήσεις Va. Tum αὐτοῦ C.

mam judici Rhadamantho ostendam. Missas igitur eas faciens quas multi appetunt dignitates, veritatique incumbens, curabo ut, quantum in me sit, quam optimus homo vivam; cumque mihi moriendum sit, moriar homo quam optimus. Hortatos autem et ceteros mortales velim quam maxime possum, teque ipsum in primis, ad hoc tam pulchrum virtutis certamen, quod præ cunctis certaminibus quæ adiri possunt in vita, optandum esse affirmo. Teque nunc ipsum increpo et accuso. Neque enim tibi ipsi ullas poteris afferre suppetias, cum tibi causa ibi fuerit, statueturque judicium quod tibi modo commemorabam: sed cum veneris in conspectum judicis illius Æginæ filii, teque ille correptum eo perducet, hiabis attonitus, tenebrasque et vertiginem non tu ibi minus quam ego hic patieris; ac te fortasse ille percutiet, colaphisque capiti tuo incussis ignominia te dedecoreque afficiet. Hæc autem tibi fortasse tamquam anicularum fabulæ dici videntur, tibique contemptui habebuntur. Neque sane admirandum sit hæc a nobis contemni, si quærentes possimus quæ hisce meliora, quæque his veriora sint, invenire. Nunc autem vides,

ἀληθέστερα εὑρεῖν· νῦν δὲ ὁρᾷς, ὅτι τρεῖς ὄντες ὑμεῖς, οἵπερ σοφώτατοί ἐστε τῶν Ἑλλήνων, σύ τε καὶ Πῶλος καὶ Γοργίας, οὐκ ἔχετε ἀποδεῖξαι ὡς χρὴ ἄλλον τινὰ βίον ζῆν ἢ
31 τοῦτον, ὅσπερ ἐκεῖσε φαίνεται ξυμφέρων. Τοιαῦτα κἀν τῷδε τῷ διαλόγῳ καὶ περὶ τῶν αὐτόθι διεξῆλθε, καὶ σοφῶς μάλα παρῄνεσεν ἐπιμεληθῆναι τούτων ἃ τῶν ἐκεῖ κολαστηρίων ἐλευθεροῖ. Κἀν τῷ Κρίτωνι δὲ τοὺς νόμους εἰσάγει λέγοντας τῷ Σωκράτει· Ἀλλ' ὦ Σώκρατες, πειθόμενος ἡμῖν τοῖς σοῖς τροφεῦσι, μήτε παῖδας περὶ πλείονος ποιοῦ, μήτε τὸ ζῆν, μήτε ἄλλο μηδέν, πρὸ τοῦ 156
δικαίου· ἵνα εἰς ᾅδου ἐλθὼν ἔχῃς ταῦτα πάντα ἀπολογή-
32 σασθαι τοῖς ἐκεῖ ἄρχουσιν. Ἐν δὲ τῇ Ἀπολογίᾳ καὶ ἀγαθὸν εἶναι λέγει τὸν θάνατον· Ἐννοήσωμεν γάρ, ἔφη, καὶ τῇδε, ὡς πολλὴ ἐλπὶς [ἐστὶν] ἀγαθὸν αὐτὸν εἶναι. Δυοῖν γὰρ θάτερόν ἐστι τὸ τεθνάναι· ἢ γὰρ οἷον μηδέν τι εἶναι, μηδὲ αἴσθησιν μηδεμίαν μηδενὸς ἔχειν τὸν τεθνεῶτα· ἢ [καί,] κατὰ τὰ λεγόμενα, μεταβολή τις τυγχάνει οὖσα καὶ μετοίκησις τῆς ψυχῆς [τοῦ τόπου τοῦ] ἐνθένδε εἰς ἄλλον.

44. ὑμεῖς οἵπερ σοφώτατοι] ἡμεῖς ὑπερσοφώτατοι ὄντες C. 47. ὥσπερ] ὅσπερ B. ὅσπερ Va.Vb. Mox omnes, ut videtur, συμφέρον. 48. τῷ δεκάτῳ] τῷδε τῷ B.
157, 5. αὐτὸν] αὐτὸ B. 7. ἔχειν et mox [καὶ] et [τοῦ τ. τοῦ] om. C.

quod qui tres estis Græcorum sapientissimi, tu inquam, Polus, et Gorgias, nequaquam probare potestis aliam nobis vivendam esse vitam, præter hanc quæ videtur ad eam felicitatem percipiendam profutura. Hæc igitur Plato, et in eo quem nuper adduxi sermone, de rebus illis disseruit, sapienterque admodum hortatus est, ut hic ea curemus per quæ a suppliciis illis expediamur. In Critone etiam leges inducit, ita Socraten alloquentes [p. 54 B.]: *At o Socrates nobis crede tuis altricibus, neque justitia liberos, neque vitam, neque quicquam aliud pluris facito; ut cum ad Plutonis domos descendes, habeas hæc omnia quæ respondeas inferis illis principibus.* In ipsa autem Apologia mortem etiam bonam esse dixit [p. 40 C.]: *Cogitemus enim etiam hic viventes, valde admodum sperari posse, bonam esse mortem. Duorum enim alterum sit in ea oportet; ut vel nihil amplius sit, nulliusque rei sensum habeat qui defunctus est; vel ex iis quæ diximus ei mutatio quædam contingat, animæque de hoc ipso habitaculo in locum alium commigratio videatur.*

33 Ἀλλὰ ταῦτα μὲν αὐτοῦ ἐπαινετέον, εἰ καί τινα
ἐπιμιξίαν ἔχει τῶν νόθων δογμάτων, τὸν Ῥαδαμάνθυν
καὶ τὸν Μίνω, καὶ τὰς μακάρων νήσους, καὶ μέντοι καὶ
τὸ μόνας κολάζεσθαι τὰς ψυχὰς τῶν σωμάτων κεχω-
ρισμένας. Ταῦτα γὰρ [δή] που τῶν τῆς ἀληθείας δογμά-
των ἀλλότρια· ἔχει δέ τινα σμικρὰν ἀμηγέπη ξυγγνώ-
34 μην, τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας οὐ μετασχών. Τὰς
δὲ μετενσωματώσεις, ἃς ἐκ τῶν Πυθαγόρου δογμάτων
ἐκεῖνος ὑφείλετο, παντάπασιν, ὦ ἄνδρες, φευκτέον. Κο-
μιδῇ γάρ τοι ἐκεῖνα τὰ δόγματα καταγέλαστα. Περὶ
γὰρ δὴ τῶν ψυχῶν τῶν εἰς τὰ σώματα καταπεμπομένων
ἐν τῷ Φαίδωνι ἔφη ὡς ἐνδύονται αὗται, ὥσπερ εἰκὸς, εἰς
τὰ τοιαῦτα ἤθη οἷα ἄττα ἂν καὶ μεμελετηκυῖαι τυγχά-
35 νωσιν ἐν τῷδε τῷ βίῳ· Τὰ ποῖα δὴ ταῦτα λέγεις, ὦ
Σώκρατες; Οἷον, τοὺς μὲν γαστριμάργους τε καὶ ὕβρεις
καὶ φιλοποσίας μεμελετηκότας, μηδὲν εὐλαβουμένους, εἰς
τὰ τῶν ὄνων γένη, καὶ τὰ τῶν τοιούτων θηρίων, εἰκὸς ἐνδύ-
εσθαι. Ἢ οὐχί; Πάνυ γε εἰκὸς λέγεις. Τοὺς δὲ ἀδικίας
καὶ τυραννίδας καὶ ἁρπαγὰς προτετιμηκότας, εἰς τὰ τῶν

15. [δή] om. B.C. 20. φευκτέον] φευκταῖον B. 21. δὴ om. B. 23. ἐνδοῦνται] ἐνδύονται Sirm. quem sequor. 24. τυγχάνωσιν] τυγχάνουσιν C. 27. μηδὲν] καὶ μὴ B. μεμαθηκότας Vb. pro μεμελετηκότας. 28. τὰ sec. om. B. 29. τοιούτων om. B.Va. Statim θηρῶν B. 31. εἰς τὰ] εἰς τὰς B.

Sunt hæc autem Platonis dicta laude dignissima; tametsi admixta quædam habeant ex nothis adulterinisque dogmatis; ut Rhadamanthum, Minoëm, insulas beatorum, solasque animas sine corporibus puniendas esse: sunt enim hæc a veris piisque dogmatis aliena. Est autem illi quodammodo ignoscendum, qui particeps apostolicæ doctrinæ non fuerit. Quæ vero is de animarum in hæc atque illa corpora transmigratione de Pythagoræ dogmatis compilarit, sunt nobis penitus evitanda. Sunt enim ea oppido quam ridicula. Inquit enim in Phædonis libro de animis quæ in corpora transmittuntur, eas, ut par est, induere iterum mores illos quos in hac vita excoluerunt. Inquit ergo [p. 81 E.]: *Quales vero mores hos esse dicis, o Socrates? ut, si qui videlicet gulæ indulserint, petulantesque se aut temulentos præbuerint, nulla prorsus honestatis habita ratione, hosce asinorum species ac bestiarum subire vero simile est. An non ita maxime congruum fore affirmas? Qui vero injurias, tyrannides, rapi-*

λύκων τε καὶ ἱεράκων καὶ ἰκτίνων γένη, ἢ ποῖ ἂν ἄλλοσε φαῖμεν τὰς τοιαύτας ἰέναι; Ἀμέλει, ἔφη ὁ Κέβης, εἰς τὰ
36 τοιαῦτα. Καὶ ἵνα μὴ πάντα λέγων μηκύνω τὸν λόγον, ἔστιν εὑρεῖν αὐτὸν λέγοντα, τῶν τὴν πολιτικὴν ἀρετὴν ἠσκηκότων τὰς ψυχὰς εἰς μελίττας μετενσωματουμένας καὶ σφῆκας καὶ μύρμηκας, καὶ εἴς γε τὸ ἀνθρώπειον γένος. Ταῦτα δὲ οὐ μόνον γέλωτος ἄξια, ἀλλὰ καὶ οἷς
37 ἤδη εἴρηκεν ἄντικρυς ἐναντία. Ἐν ἐκείνοις μὲν γὰρ ἔφη κολάζεσθαι τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν εἰς τὸν Ἀχέροντα καὶ εἰς τὴν Ἀχερουσίαν λίμνην, τὰς δὲ εἰς τὴν Στύγα καὶ Κωκυτὸν καὶ Πυριφλεγέθοντα βαλλομένας· καὶ τοὺς μὲν ἀνίατα ἐπταικότας ἐν τῷ Ταρτάρῳ τοῖς τοῦ Πυριφλεγέθοντος ἀεὶ ξυμπεριφέρεσθαι ῥεύμασι, τοὺς δέ γ' ἰάσιμα πλημμελήσαντας, φερομένους ὑπὸ τοῦ κύματος, ἀντιβολεῖν τοὺς ὑπ' αὐτῶν ἠδικημένους, ἐπὶ τῆς ὄχθης φαινομένους, καὶ πάλιν ὑπὸ τοῦ κύματος εἰς τὴν λίμνην ἀπάγεσθαι· ἐνταῦθα δὲ, τοὺς μὲν ταῖς ἡδυπαθείαις δε-

32. ἄλλοσε φαῖμεν] ἄλλως ἔφαμεν C. ἄλλοσέ φαμεν D. 33. ἰέναι] εἶναι C.D. 34. πάντα] ταῦτα D. 35. [τὸν λόγον] om. B. Desinit B. v. 41. cum v. κολάζεσθαι. 37. μετενσωματουμένας] μετενσωματωμένας C. μετενσωματουμένους Va. μετενσωματουμένας Vb. μετενσωματο(ω)υμένας D. 43. τὸν Κωκ. καὶ τὸν Πυριφ. Vb. 45. τοῖς om. D. 48. ὑπ' αὐτῶν] ὑπὸ σφῶν D. 50. ἀπάγεσθαι] ὑπάγεσθαι Vb.D.

nasque præoptarint, in lupos, accipitres, milvosque transire? nam quo alio dicamus sese tales animas recepturas? In hæc profecto animalia; inquit Cebes. Ne vero cuncta quæ sunt apud Platonem percensens sermonem longius protraham, qui eum legat, facile affirmantem inveniet, animas eorum qui virtutem politicam exercuerunt, apicularum corpora vesparumve ac formicarum et hominum subituras. Hæc vero non modo sunt perridicula, verum iis, quæ Plato superius dixit, penitus sunt contraria. Ibi enim puniri animas affirmat, alias quidem in Acherontem fluvium paludemque Acherusiam, alias vero in Stygem Cocytumque ac Pyriphlegethontem abjectas: quæque inexpiabile quid peccarint, fluxu Pyriphlegethontis convectas in Tartarum rapi: quæ vero ita deliquerint ut expiari possint, nihilosecius deferri per undas fluminis; sed tamen suppliciter ab iis veniam petere quos a se olim injuria affectos ibi in ripa fluminis adesse conspiciant: rursusque ab amnis defluxu in paludem sontes illos deferri ait. Hoc autem loco eos,

δουλευκότας ὄνους γίγνεσθαι ἔφη, τοὺς δὲ τυραννικὸν καὶ ἁρπακτικὸν βίον ἠγαπηκότας εἰς τὰ τῶν λύκων τε καὶ ἱεράκων καὶ ἰκτίνων εἰσάγεσθαι σώματα, τοὺς δέ γε τὴν πολιτικὴν ἀσκήσαντας ἀρετὴν τρισολβίων ἀπολαύειν ἄθλων, σφῆκας γινομένους καὶ μελίττας καὶ μύρ- 158
μηκας. Τοιαῦτα γὰρ τοῖς ἀρετὴν ἐπιμελουμένοις ὁ φι-
38 λόσοφος ἀπένειμε γέρα. Καὶ ταῦτα δὲ ἄντικρυς ἐναντία. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς πρόσθεν εἰρημένοις εἰς Μακάρων αὐτοὺς ἀπέπεμψε νήσους, τάς τε τῶν φιλοσόφων οἰκήσεις οὐδὲ λόγῳ ῥητὰς ἔφησεν εἶναι· ἐνταῦθα δὲ σφηκῶν αὐτοῖς καὶ μελιττῶν καὶ μυρμήκων ἀπεκλήρωσε βίον, καὶ τοὺς ἐν τῷ προτέρῳ βίῳ μηδὲν ἠδικηκότας ἆθλον ἔφη λαμβάνειν τὸ ἀδικεῖν καὶ λωβᾶσθαι τοῖς ἄλλοις.
39 Καὶ γὰρ καὶ σφῆκες καὶ μέλιτται πλήττειν τῷ κέντρῳ πεφύκασι, καὶ μύρμηκες συλῶσι τὰ λήϊα, καὶ τοῖς γηπόνοις ξυνδιανέμονται τοὺς καρποὺς, ἥκιστα κεκοινωνηκότες τῶν πόνων· καὶ οἱ σφῆκες δὲ τοῖς φυτουργοῖς πολεμοῦσι, τὸν τῶν φυτῶν καρπὸν διαφθείροντες. Τοῦτο δὲ ἀμηγέπη καὶ αἱ μέλιτται δρῶσιν. Ἀλλὰ τούτων οὐδὲν

158, 2. ἀρετὴν] ἀρετῆς Vb. τῆς ἀρετῆς D. 14. τῶν] καὶ τῶν D. 17. καὶ αἱ μέλιτται ἀμηγέπη D.

qui voluptatibus fœde servierint, asinos inquit fieri: qui vero tyrannicam vitam rapacemque adamarint, transire in luporum, accipitrum, milvorumque corpora. Egregia vero ac beatissimorum præmia illis decrevit, qui politicam vitam virtutemque obierint; quandoquidem evadere illos inquit in vespas, apes, atque formicas. Hoc enim honoris genus homo philosophus illis tribuit, qui virtutem officiumque coluerunt. Atqui et hæc sunt superne dictis contraria. Ibi enim eos ad beatorum insulas destinavit, philosophorumque habitacula ne verbis quidem explicari posse asseruit: hic autem eis attribuit vesparum, apicularum, ac formicarum vitam: quique olim in vita neminem injuria affecerint, præmium innocentiæ hoc ait accipere, ut aliis maxime noceant. Apes enim ac vespæ natæ sunt stimulis aculeisque ictus inferre: ipsæ item formicæ segetes deprædantur, sibique cum agricolis terræ fructus compertiuntur, tametsi minus in laboribus tolerandis sociæ fuerint. Vespæ autem plantarum cultoribus molestissimæ sunt: arboreos enim fœtus terebrant et corrumpunt. Idem quoque et apiculæ ipsæ faciunt. Neque tamen horum quicquam incommodorum sa-

ξύνοιδε τῶν φιλοσόφων ὁ ἄριστος, ἀλλ' εἰς μόνον ἀπεῖδε
40 τοῦ πρώτου γε ταῦτα εἰρηκότος τὸ κλέος. Καὶ ἑτέρωθι δὲ τοιαῦτα ἄττα μυθολογεῖ, καί φησιν· Εἰς μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ ὅθεν ἥκει ἡ ψυχὴ ἑκάστη οὐκ ἀφικνεῖται ἐτῶν μυρίων. Οὐ γὰρ πτεροῦται πρὸ τοσούτου χρόνου, πλὴν ἡ τοῦ φιλοσοφήσαντος ἀδόλως, ἢ παιδεραστήσαντος μετὰ φιλοσοφίας. Αὗται δὲ τρίτῃ περιόδῳ τῇ χιλιετίᾳ ἐῶνται. Τρὶς δὲ ἐφεξῆς τὸν βίον τοῦτον οὕτως πτερωθεῖσαι, τῷ χιλιοστῷ ἔτει ἀπέρχονται. Αἱ δὲ ἄλλαι, ὅταν τὸν πρῶτον βίον τελευτήσωσι, κρίσεως ἔτυχον· κριθεῖσαι δὲ, αἱ μὲν, εἰς τὰ ὑπὸ [τῆς] γῆς δικαιωτήρια ἐλθοῦσαι, δίκην τίνουσιν· αἱ δὲ, εἰς τοῦ οὐρανοῦ τινα τόπον, ὑπὸ τῆς δίκης κουφισθεῖσαι, διάγουσιν ἀξίως
41 οὗ ἐν ἀνθρώπου εἴδει ἐβίωσαν βίου. Καὶ τούτων δὲ τὴν ἀτοπίαν τῶν λόγων καταμαθεῖν εὐπετές. Τίς γάρ που αὐτὸν τὰς τῶν ἐτῶν ἐδίδαξε μυριάδας, καὶ ὅτι μυρίων

18. ξύνοιδε] ξύνειδε C. 19. μόνους ἐπεῖδε τοὺς πρώτους Vb. μόνους ἀπεῖδε τοὺς πρώτους καὶ τοῦ πρ. D. 21. τὸ ὅθεν] τὸ αὐτὸ ὅθεν Vb. 22. ψυχὴ] ἡ ψ. D. 23. τοσούτου χρόνου] τοσούτων χρόνων C. 26. τρὶς] τρεῖς C.Va.D. Ceterum leg. ex Platone, ἐὰν ἕλωνται τρὶς ἐφεξῆς. Mox τῷ ante χιλ. om. D. 27. πτερωθεῖσαι τῷ χιλ.] ἀνύσασαι πτερ. τῷ τρισχιλιοστῷ Vb. 28. τελέσωσι] τελευτήσωσι C.D.Vb. ὅτε—τελευτήσουσι Va. 29. [τῆς] om. C.D. Tum γῆν D. 30. δίκην] δίκας Va. et mox οὐρανοῦ, non οὐρανόν. 31. τινὰ τόπον] τρόπον τινα D. τινα τρόπον Vb. 32. ἐν ἀνθρώπου εἴδει ἐβίωσαν βίῳ] τὸν ἀνθρωποειδῆ ἐβίωσαν βίον Vb. 34. αὐτὸν] αὐτῶν Va.

pientissimo atque optimo philosopho in mentem venit; sed ad solam Pythagoræ illius, qui primus hasce animarum commigrationes commentus est, auctoritatem respexit. Quin et alibi Plato noster hujusmodi nobis fabulamenta adducit. Inquit enim [Phædr. p. 248 E.]: *In eum quidem locum unde anima proficiscitur, non quælibet utique pervenit infra decies mille annos. Neque enim alas ad evolandum assumit ante hoc tempus, præterquam illius anima qui philosophatus ingenue fuerit, puerosque secundum philosophiæ normam adamarit. Hæ namque tertio vitæ peracto circuitu, millesimo demum anno liberantur: ter inquam continue ad hanc vitam pennis ita sublatæ, post annos mille discedunt. Aliæ vero animæ, cum vitam primam peregerint, judicium subeunt: quo absoluto, aliæ quidem in subterranea fora demissæ, pœnas persolvunt: aliæ vero ab justitia in quandam cæli regionem sublatæ, agunt pro illius vitæ meritis quam olim inter homines victitarunt.* Horum autem verborum quæ sit stultitia, est intueri promptissimum. Quis enim Platonem

διεληλυθότων ἐτῶν τότε τῶν ψυχῶν ἑκάστη εἰς [τὸν]
ἴδιον ἐπανέρχεται χῶρον; τὰ δὲ μεταξὺ τούτων οὐδὲ
τοῖς ἄγαν ἀσελγεστάτοις ἥρμοττε λέγειν, μήπου γε φι-
λοσόφῳ. Τοῖς γὰρ τὴν ἀκραιφνῆ φιλοσοφίαν κατωρ-
θωκόσι τοὺς ἀκολάστους καὶ παιδεράστας ξυνέζευξε, καὶ
τούτους κἀκείνους τῶν αὐτῶν ἄθλων ἔφησεν ἀπολαύ-
42 σεσθαι. Ἀλλὰ τούτων πάλιν τῶν λόγων ἐπιλαθόμενος,
(τὸν γὰρ οὐρανὸν ταῖς τοιαύταις ψυχαῖς ἀπεκλήρωσεν
ἐν τῇ Πολιτείᾳ,) τὴν Ὀρφέως ψυχὴν κύκνειον ἔφη
σῶμα λαχεῖν, καὶ ἀετὸν μὲν ἔφη γενέσθαι τὸν Ἀγα-
μέμνονα, λέοντα δὲ τὸν Αἴαντα, ἀθλητὴν δὲ τὴν Ἀτα-
λάντην, καὶ πίθηκον τὸν Θερσίτην· [καὶ] οὐκ οἶδα ὅτου
χάριν τῶνδε τῶν δογμάτων τὴν ἀλογίαν ἐνθεῖναι τοῖς
διαλόγοις καταδεξάμενος· δῆλος μέντοι ἐστὶ παίζων
μᾶλλον ἢ σπουδάζων ἐν οἷς τὰς μετενσωματώσεις δι-
έξεισιν· πολλαχοῦ γὰρ τὰ ἐν ᾅδου κολαστήρια δείκνυ-
43 σιν. Ἐγὼ δ' εἰς ταῦτα τρέψομαι πάλιν, ἵνα μὴ ἐπ' 159
ἐκείνων δὴ τῶν γελοίων τὸν φιλόσοφον καταλείπω λό-

36. [τὸν] om. Va. 39. μήπου] ἤπου D.Va. 43. ἀλλὰ] καὶ D. 44. τὸν γὰρ οὐρανὸν] ουνον D. 46. κύκνιον] κύκνειον D. 49. τήνδε] τῶν δὲ Va. Supra καὶ om. D. ult. ἐν Ἅιδου] ἐν om. Sirm.

159, 1. ταῦτα] αὐτὰ Va. et om. πάλιν. αὐτὸ D. 2. καταλείπω] κατα-λίπω Va. καταλίψω Vb. καταλείψω Sirm. Tum τῶν λόγων V.

docuit illa dena annorum millia? Unde hic inquam didicit, annorum decem millibus evolutis unamquamque animam in suum locum reverti? Quæ autem superioribus verbis intersita sunt, ne a flagitiosis quidem hominibus nedum a philosopho dici convenit. Adjunxit enim puræ philosophiæ cultoribus lascivos puerorum amatores, eademque præmia et his et illis reposita esse ostendit. Sed enim horum quoque verborum quandoque oblitus, (cælum namque hujusmodi animis in reipublicæ libris sedem constitui,) Orphei animam cycni corpus induisse ait, Agamemnonem vero aquilam evasisse, in leonem transisse Ajacem, in athletam Atalantam, in simiam vero Thersitem. Neque sane scio cujus rei gratia tam insulsa dogmata suis dialogis Plato inserta voluerit. Mihi profecto magis jocari quam serio agere videtur, ubi animarum in hæc atque illa corpora commigrationes commemorat. Multis enim locis esse pœnarum sedes apud inferos narrat. Ego itaque ad eas potius me convertam, ne tanti philosophi orationem in ejusmodi ridiculis

ἐκείνου παιδί. Τοσοῦτον δὲ παραινῶν τὸν τύραννον ὤνησεν, ὡς καὶ δεθῆναι κἂν ταῖς λιθοτομίαις εἱρχθῆναι, ὕστερον δὲ καὶ ὡς ἀνδράποδον ἀπέδοτο βάρβαρον. Καὶ 72 ὁ Πλούταρχος δέ φησιν ἔλαιον αὐτὸν εἰς τὴν Αἴγυπτον ἐμπορίας χάριν μετακομίσαι. Ἀλλ᾽ ὅμως καὶ τῶν τοιούτων ψόγων ἀκούοντες θαυμάζομεν αὐτοῦ τὰ καλῶς εἰρημένα, καὶ τὴν ἐκ τούτων ὠφέλειαν καὶ ὑμᾶς ἀξιοῦ- 73 μεν ξυλλέγειν. Καὶ γὰρ δὴ καὶ γυναῖκας γεγενῆσθαι παρ᾽ Ἕλλησιν ἀξιεπαίνους ἀκούομεν. Λυσιδίκη μὲν γάρ, ὥς φασιν, ἐλούετο μὴ τὸν χιτωνίσκον ἐκδυομένη, 176 διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς αἰδοῦς. Ἡ δὲ Φιλωτέρα κατιοῦσα εἰς τὴν πύελον κατὰ βραχὺ τὸ τῷ ὕδατι καλυπτόμενον ἐγύμνου τοῦ σώματος, ἀναστέλλουσα κατ᾽ ὀλίγον τὸν χιτῶνα· καὶ αὖ πάλιν ἀνιοῦσα παραπλησίως ἠμπέσχετο. Θεανὼ δὲ ἡ Πυθαγορική, ἀποβλέψαντός τινος εἰς αὐτήν, καὶ εἰπόντος, Καλὸς ὁ πῆχυς, Ἀλλ᾽ οὐ δημόσιος, ἀπεκρίνατο. Ἐρωτηθεῖσα δὲ πάλιν, Ποσταία γυνὴ

45. ὕστερον δὲ] D. addit αὐτόν.
176, 1. μὴ] μήτε D. 2. Φιλοτέρα] Φιλωτέρα D. 3. τὴν πύελον] τὸν πύελον C.D. 4. ἐγύμνου] ἐγυμνοῦτο D. 6. ἠμπέσχετο] ἠμπίσχετο D.

nibus consiliisque profecit, ut primo quidem vinctus fuerit, ac marmorum metallis addictus; subinde vero, tamquam barbarum mancipium, ad servitutem venumdatus. Ait vero Plutarchus Platonem venalitium oleum ad Ægyptios detulisse. Cumque probra hæc de illo ferri audiamus, nihilo tamen secius ea, quæ probe dicta sunt ab eo, laudamus atque suspicimus, neque indigna putamus esse de quibus et vos utilitatem fructumque capiatis. Ceterum mulieres quoque apud Græcos viguisse laudandas accepimus. Aiunt enim Lysidicen præ insigni quadam pudicitia, ne tunc quidem cum lavaretur, solitam esse subuculam exuere: Philoteram autem, cum in labrum balneare descenderet, quantum corporis aquæ immergeret, tantum ab inferiori parte sensim detegere assuetam, subucula paulatim ad superiora subducta. Cumque aquis lota emergeret, eadem ratione superiora corporis amictu obtegere. Pythagorica porro Theano, cuidam se intuito cupidiusque effato, *Pulchrum brachium*, respondisse fertur, *At non publicum*. Rursusque interrogata, quoto demum die mulieri liceret a complexu viri

ἀπὸ ἀνδρὸς εἰς τὸ Θεσμοφόριον κάτεισιν; Ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου παραχρῆμα, ἔφη· ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου, οὐδέποτε

74 Ταῦτα, καὶ ὅσα τοιαῦτα, καὶ ἐπαινοῦμεν, καὶ φιλοσοφίας εἶναι ἄξια φαμέν. Καὶ ἀποδεχόμεθα τὸν Πλάτωνα τοῖς ἀγαθοῖς τὸν γάμον ξυντάξαντα, καὶ ἀθανασίας ἐπίνοιαν καὶ διαμονὴν τοῦ γένους καλέσαντα· Δημοκρίτῳ δὲ καὶ Ἐπικούρῳ λίαν μεμφόμεθα, παραιτεῖσθαι καὶ τὸν γάμον καὶ τὴν παιδογονίαν κελεύουσι. Τὴν γάρ τοι ἡδονὴν ὁρισάμενοι τέλος, τὰ φροντίδας ἔχοντα καί τινας ἀηδίας
75 παντελῶς ἀπεκήρυξαν. Οἱ δὲ τῆς Ποικίλης μέσην τινα ὁδὸν ὥδευσαν· τοῖς γὰρ ἀδιαφόροις τὸν γάμον καὶ τὴν παιδογονίαν ξυνέζευξαν. Οἱ δὲ θεῖοι λόγοι τὴν μὲν διὰ φιλοσοφίαν ἐπινοουμένην ἁγνείαν ὑμνοῦσιν, ὡς βίον προξενοῦσαν φροντίδων ἐλεύθερον· τὸν δὲ σώφρονα γάμον νομοθετοῦσιν, ὡς καὶ τὸ γένος αὐξάνοντα, καὶ λαγνείας τοὺς σωφρονεῖν βουλομένους ἐλευθεροῦντα·

γονίαν
18. παιδοποιιαν D. 25. φροντίδων ἐλεύθερον] ἐλεύθερον φροντίδων D. 26. αὐξάνοντα] αὔξοντα D.

sacris Cerealibus interesse; *statim licere* ait *ei quæ a proprio viro discesserit: quæ autem ab adultero, licere numquam.* Hæc igitur, et quæ sunt generis ejusdem, laudamus vehementer, ac philosophia digna esse censemus. Platonemque admittimus qui inter hominis bona nuptias collocet, quas etiam immortalitatis tuendæ inventum generisque humani stabilitatem appellet. Democritum vero et Epicurum non parum sane accusamus, qui et a nuptiis, et a liberorum procreatione homines dehortantur. Qui enim humanam felicitatem voluptate sola finiebant, quicquid vel curarum aliquid, vel fastidii afferre posset, rejiciebant atque damnabant. Philosophi autem qui variam porticum frequentabant, a qua Stoici dicti sunt, media quadam via incesserunt. Conjugia enim ac liberorum susceptionem, rebus illis annumerabant quæ susque deque indifferentesque habentur. Sacræ autem litteræ cælibatum quidem vehementer laudant, quem nonnulli ad excolendam philosophiam commenti sunt; utpote qui vitam homini tribuat curis omnibus expeditam: neque minus tamen et de legitimis nuptiis legem ferunt; ut quæ et hominum genus augeant, et impuris libidinibus eos liberent qui castitatem sectari volunt. Stupra vero ac fornicationes, omnemque aliam speciem lasciviæ, accusant et persequuntur,

πορνείας δὲ καὶ τῆς ἄλλης ἀκολασίας ὡς συώδους
76 κατηγοροῦσι. Τίμιος γὰρ ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη
ἀμίαντος, φησὶν ὁ θεῖος ἀπόστολος· Πόρνους δὲ καὶ μοι-
χοὺς κρινεῖ ὁ θεός. Καὶ πάλιν· Λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις καὶ
ταῖς χήραις Καλὸν αὐτοῖς ἐστιν ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ· εἰ
δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν. Καὶ ἑτέρωθι· Πορ-
νεία δὲ καὶ ἀκαθαρσία μὴ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν, καθὼς
πρέπει ἁγίοις. Καὶ ἀλλαχοῦ· Μή τις πόρνος καὶ βέβηλος,
77 ὡς Ἡσαῦ. Οἱ μὲν οὖν ἡμέτεροι διδάσκαλοι τὸν λογι-
κοῖς πρέποντα διεθεσμοθέτησαν βίον· οἱ δὲ τῶν φιλο-
σόφων ἄριστοι καὶ αὐτοὶ ταῖς ἡδοναῖς ἐδουλώθησαν,
καὶ νόμους ἔγραψαν ἀκολασίαν διδάσκοντας· τοιοῦτοι
γὰρ οἱ περὶ γάμων καὶ παιδεραστίας τοῦ Πλάτωνος
νόμοι. Καὶ μέντοι καὶ περὶ φιλίας Ἱππόδαμος ὁ Πυθα-
γόρειος οὕτω γέγραφεν· Ἃ μὲν, ἐξ ἐπιστάμας θεῶν· ἃ
78 δὲ, ἐκ παροχᾶς ἀνθρώπων· ἃ δὲ, ἐξ ἀδονᾶς ζώων. Ὁ δὲ
δεσπότης Χριστὸς ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις φησί·
Μείζονα ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς δύναται δεῖξαι, ἵνα τις θῇ

32. τοῖς] ταῖς D. 35. μὴ] μηδὲ D. 36. καὶ βεβ.] ἢ βεβ. D.
43. ἐπιστήμας] ἐπιστάμας V. et mox ἀδονᾶς cum D.

ut immundis suibus congruentem. *Honorabile enim connubium in omnibus, et torus immaculatus;* inquit sanctus apostolus: *Fornicatores autem et adulteros judicabit Deus.* Rursusque, *Dico autem nonnuptis et viduis; Bonum est illis si sic permanserint, sicut et ego: quod si se non continent, nubant.* Et alibi: *Fornicatio autem et immunditia ne nominetur in vobis; sicut decet sanctos.* Et alibi; *Ne quis fornicator aut profanus sicut Esau.* Nostri itaque magistri, doctoresque nostri, vitam suis legibus nobis instituerunt, quæ rationalem hominem maxime deceat. At vero qui e vestris habiti sunt philosophorum optimi, non minus et ipsi voluptatibus servierunt, legesque conscripserunt flagitiorum libidinumque magistras. Hujusmodi sunt enim Platonis leges, quas de conjugiis, deque pueris adamandis reliquit. Verum et de amicitia Hippodamus Pythagoricus hæc commemorat: *Alia quidem gignitur amicitia, ex deorum scientia: alia vero, ex hominum præbitione: alia porro, ex animalium voluptate.* Dominus autem Jesus Christus, in sacris evangeliis ita decernit: *Majorem hac caritatem nemo pot-*

τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ. Τὰ τελεώ-
τατα ἐκπαιδεύων καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἐκέλευσεν ἀγαπᾶν·
ὁ δὲ τὴν Πυθαγόρειον ἐκπαιδευθεὶς τετρακτὺν τὴν ἀν- 177
θρωπίνην φιλίαν ἐκ παροχῆς ὡρίσατο κατορθοῦσθαι.
79 Οὐ μόνον δὲ ἀπάδων ὅδε ὁ λόγος, ἀλλὰ καὶ πάμπαν
ἀσύστατος. Πολλοὺς γὰρ ἐχθρῶν εὐεργέτας γεγενημέ-
νους εὑρίσκομεν· πολλοὺς δὲ εὖ μὲν παρά τινων πεπον-
θότας, ἀχαρίστους δὲ μάλα περὶ τοὺς εὐεργέτας γεγενη-
μένους. Οὐ τοίνυν παροχῆς ἔκγονος ἡ φιλία, ἀλλὰ καρ-
πὸς φιλίας ἡ παροχή.

80 Ταῦτα πάλιν, ὦ ἄνδρες, παρεξετάσαντες, καὶ γνόντες
ὅσον θείων καὶ ἀνθρωπίνων τὸ μέσον, δι' ἐκείνων, οἷόν
τινων στοιχείων, ἐπὶ τὴν τούτων ὁδεύσατε τελειότητα,
καὶ Μὴ προφασίζεσθε προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, φησὶν ἡ
81 μελῳδία τοῦ Πνεύματος. Ὅταν γὰρ τοὺς εὐαγγελικοὺς
ἐπιδείξωμεν νόμους πολλῷ τῆς Ἑλληνικῆς φιλοσοφίας
ὄντας ὑψηλοτέρους, τηνικαῦτα ὑμεῖς τοὺς μὲν νόμους
ἐπαινεῖτε, τοὺς δὲ τούτους παραβαίνοντας ἀδεῶς εἰς μέ-

176, ult. ἐκπαιδεύων] τε παιδεύων Sirm. 177, 3. κατορθοῦσθαι] κατωρθοῦσθαι D. 4. πάμπαν] σύμπαν D. 12. ὁδεύσατε] ὡδεύσατε D.

est ostendere, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Quo autem loco ad perfectissimum genus vitæ nos erudit, jubet ut inimicos etiam diligamus. Hippodamus autem Pythagoricus Tetractyn illam Pythagoræ, hoc est quaternarii numeri vim, perdoctus, humanam amicitiam proficisci ait a præbitione. Ceterum ratio hæc non modo est absona et inepta, sed quæ consistere nullo modo possit. Multos enim quos olim, puta, quis inimicos perpessus est, invenîmus ei mox beneficia contulisse. Rursusque est videre permultos, qui magnis ornati beneficiis, ingratos tamen adversus eos se præbent a quibus beneficia illa acceperint. Haud igitur amicitia gignitur ex præbitione; sed fructus amicitiæ est præbitio.

Hæc itaque, viri Græci, rursus invicem disquirentes, cognito quid humanis inventis divinæ leges intersint, per ea ipsa, tamquam per elementa quædam, ad divinarum rerum perfectionem conscendite, neque ut Spiritus sancti melodia inquit, *excusationes in peccatis excusare.* Quoties enim cumque vobis ostendimus evangelicas leges esse Græcanica philosophia multo sublimiores, eas quidem laudatis, nihilo tamen secius ea-

στον προσφέρετε, καὶ δι' ἐκείνων πειρᾶσθε διαβάλλειν
82 τοὺς νόμους. Ἔδει δὲ ψέγειν μὲν ἐκείνους, ἀλλὰ μὴ τῶν νόμων κατηγορεῖν. Οὐδὲ γὰρ διὰ τὰς φαύλας ἀμπέλους φεύγομεν τὰς ἀρίστους, οὐδὲ διὰ τὰς πικρὰς ἀμυγδάλας καὶ τὰς γλυκείας ἀποστρεφόμεθα, οὐδὲ διὰ τὸν ὑπόχαλκον χρυσὸν καὶ τὸν ἀκίβδηλον διαβάλλομεν, οὐδὲ διὰ τὴν ἐψευσμένην πορφύραν καὶ τὴν ἀληθινὴν σκώπτομεν, οὐδὲ τῶν ἀμαθῶν ἕνεκα ζωγράφων καὶ τῶν ἐντέχνων κατηγοροῦμεν, οὐδὲ διὰ τοὺς πονηροὺς ἀνθρώπους καὶ τοὺς σπουδαίους μισοῦμεν, οὐδὲ ἐάν τινα εὕρωμεν ἀνεπιστήμονα ἰατρὸν ἤδη καὶ τὴν ἰατρικὴν ἀπαγορεύομεν τέχνην, ἀλλὰ καὶ τῶν ζωγράφων καὶ τῶν ἰατρῶν καὶ μέντοι καὶ τῶν σκυτοτόμων καὶ τῶν χαλκοτύπων καὶ τῶν χρυσοχόων τοὺς μὲν ἀρίστους θαυμάζομεν, τοὺς δὲ τὴν τέχνην οὐκ ἀκριβοῦντας σκώπτειν εἰώθαμεν· τὰς δέ γε τέχνας, κἂν μηδένα ἐπιστήμονα εὕ-
83 ρωμεν, διαβάλλειν οὐκ ἀνεχόμεθα. Τῶν γὰρ ἀτοπωτάτων διὰ τοὺς τυφλώττοντας τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ αὐτὴν τὴν ὀπτικὴν αἴσθησιν διαψέγειν ὡς ἄχρηστον, καὶ διὰ

19. καὶ δι'] καὶ om. C. 21. μὴ τῶν] μὴ om. C. 25. ἀκριβοῦντας] ἀκριβότας V. cum ἠκριβωκότας pro conj. in marg. nescio an Ursini. 37. ἀνεχόμεθα] ἀνεχώμεθα D. 39. ὀπτικὴν] τὴν ὀπτ. C.V.D.

rum transgressores impudenter nobis objicitis, ac illorum causa conamini leges etiam accusare. Contra autem oportuit eos quidem reprehendere homines, leges autem minime detestari. Neque enim propter malas vites a bonis vitibus abhorremus, neque ob amaras amygdalas eas continuo quæ dulces sunt aversamur, neque ob aurum quod ære subdito adulterinum censetur, id quod est purum putumque damnamus, non denique ob ementitam purpuram carpimus utique et ingenuam, neque quod nonnulli sint inepti pictores, idcirco accusamus peritos, neque ob scelestos homines odio probos atque officiosos prosequimur, non, quod ignarum curandi medicum forte quempiam incurrimus, ideo et omnem medendi rationem persequimur, verum e pictoribus, medicis, sutoribus, fabris ærariis aurariisque, eos qui sunt egregii laudamus atque suspicimus; imperitos vero suæ quemque artis carpere consuevimus. Neque tamen ipsas artes ullo pacto accusandas putamus, tametsi nullum qui eas teneat invenire possimus. Sit enim

τοὺς τὴν γλῶτταν πεπεδημένους τῶν τῆς φωνῆς ὀργά-
νων ὡς οὐκ ἀναγκαίων κατηγορεῖν, καὶ διὰ τὰ βεβυσ-
μένα ὦτα τὴν ἀκουστικὴν αἴσθησιν περιττὴν ὀνομάζειν.
84 Οὕτω τοίνυν ἀληθῶς σχέτλιόν τε καὶ ἄδικον τῶν τοὺς
νόμους παραβαινόντων ἕνεκα καὶ αὐτῶν τῶν νόμων κατ-
ηγορεῖν, καὶ τῶν τούτους φυλάττειν ἐσπουδακότων.
Οὐδὲ γὰρ εἴ τις τέκτων οὐ κατὰ λόγον μὲν εὐθύνοι τὴν
σταθμὴν, παραλόγως δὲ τῷ σκεπάρνῳ χρώμενος δια-
φθείροι τὰ σημεῖα τοῦ μέλανος, ἢ περαιτέρω ταύτης τῶν
ἔνδον ἀφαιρούμενος, ἢ περιττὰ τὰ ἔξωθεν καταλιπὼν,
τὴν στάθμην αἰτιατέον, ἣ τὸ εὐθὲς ἐπιδείκνυσι· τῆς 178
85 γάρ τοι τοῦ τέκτονος ἀμαθίας ἡ ἁμαρτία. Οὐκοῦν οἱ
νόμοι στάθμης τινὸς καὶ κανόνος καὶ γνώμονος ἐπέχουσι
τάξιν· τῶν δὲ τούτοις χρωμένων οἱ μὲν ἄριστα τὸν
οἰκεῖον διευθύνουσι βίον, οἱ δὲ τὰ ῥᾷστα ἀντὶ τῶν βελ-
τίστων προαιρούμενοι ἔξω τῆς τούτων εὐθύτητος βαίνου-
σι. Τοιγάρτοι τούτων μὲν κατηγορητέον, τοὺς δὲ νόμους
86 ἐπαινετέον. Οὐδὲ γὰρ εἴ τις ἄριστος ἰατρὸς ἐπιτάξοι τῷ

47. οὐ κατὰ] οὐ om. C.D. 48. παραλόγως] παραλογῶν (ον ς superscr.) D. 49. τὴν] τῶν Sylb. Mox τὰ om. Sirm.

178, 1. ἡ ἁμαρτία] τὸ ἁμάρτημα D. 2. γνώμονος] ἡγεμόνος V.D. Tum τάξιν ἐπέχουσι D. 6. τούτων] τούτων μὲν C.D.

hoc profecto facinus insulsissimum, si quis ob aliquos cæcutientes oculos ipsum videndi sensum tamquam inutilem damnet; vel ob id quod nonnulli homines blesi balbutientesque sint vocis organa detestetur tamquam minime necessaria; propterque obstructas nonnullorum aures superfluum dicat esse audiendi sensum. Pari quoque modo miserum sane atque iniquum sit ob eos Christianos, qui Dei leges transgrediuntur, ipsas accusare leges, ac persequi cum iis una Christianis qui parere legibus annituntur. Neque enim si quis forte faber lignarius lineam quidem recte ac secundum rationem duxerit, male autem præterque rationem ascia utens tollat atramenti signa, ut vel ultra lineam demat quæ interius demenda erant, vel quæ extra superfluunt intacta relinquat; idcirco linea est accusanda, quæ suapte vi rectum ostendit, quicquid enim ibi peccatum est, ignorantia fabri peccatum est. Leges itaque pro linea, pro regula, pro indice nobis positæ sunt. Eorum vero qui legibus utuntur, alii quidem optime vitam instituunt; alii vero, quæ jucunda sunt melioribus præpo-

κάμνοντι τῶν μὲν μεταλαβεῖν, τῶν δὲ μὴ μετασχεῖν παντελῶς, εἶτα ἐκεῖνος, ἧττον τῶν ἰατρικῶν ὑποθηκῶν φροντίσας, τῆς θεραπείας προτιμήσοι τὴν ἡδονήν, καὶ τὰ ἀπειρημένα φαγὼν ἢ πιὼν αὐξήσοι τὴν νόσον, τὸν ἰατρὸν ὡς ἐπίβουλον αἰτιώμεθα. Ἐκ γὰρ δὴ τῆς τοῦ κάμνοντος ἀκρασίας, οὐκ ἐκ τῆς τοῦ συμβουλεύσαντος προμηθείας, ἡ νόσος ηὐξήθη.

87 Ταῦτα τοίνυν συλλογισάμενοι, καὶ ὅσα τούτοις προσ-
όμοια, τὸν μὲν τῶν σωτηρίων νόμων νομοθέτην ὑμνή-
σατε, αὐτῶν δὲ τῶν νόμων θαυμάσατε τὸ βιωφελὲς καὶ
ὀνήσιμον· καὶ οἷον θεωροί τινες τῶν ἀξιεπαίνων ἀγώ-
νων γιγνόμενοι, τοὺς μὲν τούτων ἀνακηρύξατε φύλακας,
κατὰ δὲ τῶν παραβεβηκότων μὴ τὴν ἴσην ἐξενέγκητε
88 ψῆφον. Οὐ γὰρ ἴσῳ γε σκοπῷ παραβαίνουσιν ἅπαντες.
Πολλὰ γὰρ δὴ καὶ παρὰ γνώμην πλημμελοῦμεν οἱ ἄν-
θρωποι· καὶ ταῦτα καὶ αὐτοί γε οἱ νόμοι καλοῦσιν ἀκού-
σια. Καὶ γὰρ δὴ κατὰ κυνός τις ἢ ἄλλου του λίθον
ἀκοντίσας, τοῦ μὲν διήμαρτεν, ἄνθρωπον δὲ κατέκτεινε·

10. ἧττον] ὀλίγον D. 18. νομοθέτην—νόμων om. C. 22. ἐξενέγκατε] ἐξενέγκητε C.V.D. 27. του om. C. ἀλόγου D.

nentes, extra rectam lineam legum feruntur. Hi sunt igitur accusandi, leges vero laudandæ. Neque enim si peritus medicus ægrotanti præcipiat aliis quidem vesci, ab aliis autem penitus abstinere; tum ille contemptis medicinæ præceptis curatione pluris fecerit voluptatem, ita ut quibus sibi interdictum fuerat epotis esisque morbum sibi graviorem effecerit, propterea medicum ceu dolosum insidiatoremque accusamus; cum non illius consilio ac voluntate, sed laborantis intemperantia, invaluerit ægritudo.

Hæc igitur animo ac ratione versantes, quæque sunt hisce rebus similia, salutarium legum latorem hymnis ac laudibus celebrate, ipsarum autem legum commodam humanæ vitæ utilitatem suspicite: ac veluti spectatores quidam laudabilium certaminum constituti, laudum præconiis eos, qui leges servant, tamquam fortes pugiles declarate. Neque tamen legum transgressores æquali omnes calculo condemnate: quandoquidem non æquali omnes consilio leges ipsas transgrediuntur. Multa enim præter sententiam præterque voluntatem mortales peccamus. Hæc autem sunt ea peccata quæ leges appellant involuntaria. Ut si quis in canem, puta, remve aliam saxum intorquens, consilii sui fal-

89 τοιαῦτα γὰρ δὴ πάθη καὶ Ἡρόδοτος ᾄδει. Πολλάκις δέ τις πέλεκυν ἔχων καὶ ξύλα τέμνων κατά τινος παριόντος ἄκων ἠκόντισε τὸ σιδήριον. Τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις, ὡς ἀκουσίοις, ξυγγνώμην οἱ νόμοι προσνέμουσι. Καὶ τὰ ἑκούσια δὲ οὐ σμικρὰν ἔχει διαφοράν. Οὐδὲ γὰρ ἴσον ὑπό τινος ὀργῆς καὶ θυμοῦ τινα παροξυνόμενον πατάξαι τὸν πέλας καὶ παραπέμψαι τῷ θανάτῳ, οὐ τοῦτο προβουλευσάμενον, οὐδὲ ἐπὶ τούτῳ γε παίσαντα, καὶ τὸ ἐξ ἐπιβουλῆς καὶ λόχου καὶ προνοίας τυρεῦσαι τὸν θάνατον· τὸ μὲν γὰρ ἦν ἀκρασίας θυμοῦ, τὸ δέ, πονηρίας ἐσχάτης· καὶ τὸ μὲν οὐχ ὅλον, τὸ δὲ ὅλον
90 τῆς γνώμης. Οὕτω καὶ ταῖς τῆς ἡδυπαθείας οὐχ ἅπαντες ὁμοίως οἱ ἄνθρωποι περιπίπτουσιν ἁμαρτίαις· ἀλλ' οἱ μὲν ἥκιστα περιεργαζόμενοι τὰ εὐπρεπῆ τῶν σωμάτων περιπείρονται, ἔσθ' ὅπῃ δὲ καὶ ὁρῶσιν ἐξαπίνης καὶ καταδουλοῦνται τῷ πάθει, τοῦ λογισμοῦ τῆς ἡγεμονίας ἐξισταμένου· οἱ δὲ βίον ἔχουσι τῷ τῇ τοιᾷδε θεω-
91 ρίᾳ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἑστιᾶν. Καὶ οἱ μὲν οὐδὲ σιτίων

30. πέλεκα] πέλεκυν C.V.D. Mox τὸν σίδηρον D. 33. οὐ σμικρὰν] ὡς μικρὰν C. 41. τῆς ἡδυπαθείας] τῆς om. C. 44. περιπείρονται] περιπήρονται C. 47. τὸ τῇ] τῷ τῇ C.

sus, percussum forte hominem interficiat. Hujusmodi enim casus et ab Herodoto celebrantur. Sæpe autem accidit, ut dum lignator ictum in arboris truncum librat, in transeuntem quempiam securis ferrum ejaculetur. His autem peccatis, utpote quæ præter voluntatem admissa sunt, leges dant veniam. Sed enim et quæ a certa voluntate proficiscuntur non parum inter se differunt. Neque enim par esse peccatum dicas, si quis ira incitatus proximum percusserit aut etiam neci dederit, nihil ante id facinus meditatus, neque mortem verberibus intendens; ac si quis alter, præparatis ante insidiis, certo animo cui necem intulerit. Illud enim fuit præcipitis iracundiæ factum; hoc autem, supremæ cujusdam malitiæ: idque non totum fuit voluntatis; hoc vero totum penitus fuit. Ita et non omnes homines procumbunt in voluntatis peccata. Nam alii quidem amorum securi, neque circa venustas facies occupati, statim formæ elegantis aculeis transfiguntur: nonnumquam enim simul ac viderint perturbationi cupidinique succumbunt, ratione statim a dominatu suo decussa: alii vero in eo vitam consumunt, ut solicitos oculos pascant formarum spectaculo. Sunt

οὐδὲ πότων ἀπολαύουσιν ἀδεῶς, ἡττῶνται δὲ ὅμως παλαίοντες, ἐπειδὴ παλαίειν ἐπιστημόνως οὐ βούλονται· οἱ δὲ ὑπερμαζῶσι καὶ τρυφῶσι, καὶ πᾶν εἶδος ἐπινοοῦσι 179 χλιδῆς, καὶ τὰς ἄλλας ὀρέξεις διερεθίζουσι παντοδαπαῖς ἐπινοίαις, καὶ μέντοι καὶ σβεννυμένων ἀσχάλλουσιν.

92 Ἐπειδὴ τοίνυν τοσαύτη τῶν παρανομούντων διαφορὰ, οὐ χρεὼν ἅπασι χαλεπαίνειν ὁμοίως, ἀλλὰ τοὺς μὲν προδήλως τὸν συώδη βίον ἀσπαζομένους μυσάττεσθαι, τοῖς δὲ ἄλλοις καὶ ξυμβουλεύειν καὶ παραινεῖν, καὶ χεῖρα ὀρέγειν, καὶ θεραπεύειν ἐπιμελῶς, καὶ προσφέρειν τῆς ὑγιείας τὰ φάρμακα· ἐκείνους δὲ, ἤν τι ἐπιμένωσι θηριωδῶς βιοτεύοντες, καὶ περιόντας θρηνήσωμεν, καὶ ἀποθανοῦσι τὸ Σαρδαναπάλου ἐπίγραμμα προσενέγκω-
93 μεν. Τῷ γὰρ δὴ ἐκείνου ἐπιγέγραπται τάφῳ·

Τόσσ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος
τέρπν' ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται.
Καὶ γὰρ ἐγὼ σποδός εἰμι, Νίνου μεγάλης βασιλεύσας.

49. ἀπολαύουσιν] ἀπολαύσουσιν V.
179, 7. τὸν συώδη] τὸν om. C. 9. ὀρέγειν καὶ] Hic desinit C. 13. τὰ — ἐπιγεγραμμένα] τὸ — ἐπίγραμμα D.V. qui mox ἐπεγέγραπτο. 17. ἔπαθον] ἐδάην D. qui κεῖνα pro πάντα.

autem qui primo quidem non sine quodam metu ac pudore poculentis esculentisque manus admoliantur, interno autem desiderio agitati paulatim succumbant, quia scilicet reluctari fortiter neglexerunt. Nonnulli vero intemperantius sese gerunt: aggestis namque epulis se infarciunt, omnemque luxus speciem comminiscuntur; omni denique artificio appetitus alios voluptatum irritant: quin etiam si elanguescere illos ac restingui sentiant, graviter admodum perturbantur. Quando igitur tanta est peccantium differentia, non decet parem erga omnes indignationem concipi, sed eos quidem abominari qui ex professo porcorum vitam sectantur, alios vero et consulendo et hortando et manum porrigendo curare diligenter oportet, eisque salutaria pharmaca exhibere. Rursusque illos qui ventri sese addixerunt, si pergant brutarum animantium vitam degere, vivos quidem luctu commiseremur; defunctorum vero sepulcris epigramma Sardanapali inscribamus. Ita enim illius tumulo inscriptum fuit: *Hæc habeo quæ edi, quæque exsaturata libido Hausit: multa quidem et felicia cuncta reliqui. Nam cinis ecce ego sum, magnæ qui celsa tenebam Regna Nini.* Sed enim egregie mentiti sunt qui sic inscripserunt. Neque enim qui

94 Ἀλλὰ γὰρ καὶ τοῦτο ψευδῶς οἱ γεγραφότες ἐπέγραψαν. Οὐ γὰρ ἔχει ὁ τελευτήσας ἅπερ ἔφαγε καὶ ἔπιεν, ἀλλ' εἰς τὴν δυσώδη φθορὰν ἐκεῖνα κεχώρηκεν· ἔχει δὲ μόνον τοῦ παρανόμου βίου τὴν δυσοσμίαν, ἣ διηνεκῶς τὴν ψυχὴν ἀλγύνει καὶ ἀνιᾷ, ξυνειδυῖαν ἑαυτῇ τὰ κάκιστα, καὶ μεμνημένην ὧν παρανόμως εἰργάσατο.

95 Ταύτην ὑμῖν, ὦ ἄνδρες, δευτέραν καὶ δεκάτην διάλεξιν προσενήνοχα, καὶ ἐπέδειξα τίνα μὲν περὶ Θεοῦ καὶ ὕλης καὶ κτίσεως καὶ μέντοι καὶ ἀρετῆς καὶ κακίας τοῖς τῶν Ἑλλήνων ἔδοξε φιλοσόφοις, καὶ τίνα ἡμᾶς οἱ θεῖοι ἐξεπαίδευσαν λόγοι· καὶ ὡς ἔσβεσται μὲν τὰ ἐκείνων ἅπαντα καὶ παραδέδοται τῷ ζόφῳ τῆς λήθης, ἀνθεῖ δὲ ταῦτα καὶ τέθηλε, καὶ πολλὰς ἔχει καθ' ἑκάστην καὶ πόλιν καὶ χώραν ἀκροατῶν μυριάδας καὶ διδασκάλους, τὴν μὲν Πλατωνικὴν εὐεπίαν οὐκ ἔχοντας, τὴν δὲ τῆς ἀληθείας ἰατρείαν προσφέροντας· καὶ τῶν μὲν ψευδωνύμων θεῶν τὸν πλάνον ἐληλαμένον, τοῦ δὲ ἡμετέρου
96 Σωτῆρος τὰ δόγματα κηρυττόμενα· τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ὁ Πορφύριος ἐν οἷς καθ' ἡμῶν ξυνέγραψεν εἴρηκε·

30. *ἐξεπαίδευσαν* om. D. cum lacuna. 38. *ἐληλαμένον*] *ἐληλασμένον* D. qui mox *σωτῆρος τοῦ ἡμετέρου.*

vita defunctus est habet amplius quæ comedit olim ac bibit, sed ea omnia in putrem corruptionem abierunt: habet autem solum iniquitatis suæ fœtorem, qui animam scelerum sibi consciam, eaque in memoriæ sinu perpetuo retinentem, continuo dolore discruciat.

Atque uti jam finem faciam scribendi, has ego vobis duodecim, viri Græci, disputationes conscripsi; satisque ostendisse me puto, quænam de Deo, deque materia et mundi fabrica, quæque item de virtute ac vitio senserint Græci philosophi: rursum vero, quæ de rebus eisdem sacra nos docuerint monumenta: utque illorum quidem instituta omnia exstincta jam sint atque oblivionis caligine involuta, nostra vero hæc florescere in dies magis ac pullulare cernantur, innumerisque per singulas civitates atque provincias, tum auditoribus, tum magistris etiam frequententur, Platonica quidem carentibus eloquentia, sed tamen veritatis porrigentibus medicinam, testantibusque mendacium deorum et falsitatem depulsam esse, nostri autem Servatoris dogmata passim promulgata diffundi. Hoc enim et Porphyrius confitetur in iis quæ ad-

Νυνὶ δέ, φησὶ, θαυμάζουσιν εἰ τοσούτων ἐτῶν κατείληφε
νόσος τὴν πόλιν, Ἀσκληπιοῦ μὲν ἐπιδημίας καὶ τῶν ἄλλων
θεῶν οὐκ ἔτι οὔσης· Ἰησοῦ γὰρ τιμωμένου, οὐδὲ μιᾶς δημο-
97 σίας τις θεῶν ὠφελείας ᾔσθετο. Ταῦτα ὁ πάντων ἡμῖν
ἔχθιστος Πορφύριος εἴρηκε, καὶ ἀναφανδὸν ὡμολόγησεν,
ὡς πιστευόμενος Ἰησοῦς φρούδους ἀπέφηνε τοὺς θεοὺς,
καὶ μετὰ τὸν σταυρὸν καὶ τὸ σωτήριον πάθος οὐκ ἔτι
φενακίζει τοὺς ἀνθρώπους ὁ Ἀσκληπιὸς, οὐδὲ ἄλλος τις
τῶν καλουμένων θεῶν. Ἅπαντα γὰρ αὐτῶν τὸν ὁρμα- 180
θὸν, οἷόν τινας νυκτερίδας, τῷ σκότῳ παρέπεμψεν ἀνα-
98 τεῖλαν τὸ φῶς. Ταύτης καὶ ὑμᾶς τῆς ἀκτῖνος μεταλα-
χεῖν ἀξιῶ. Τοῦδε γὰρ χάριν καὶ τὸν πόνον ἀνεδεξάμην,
καὶ οἷόν τινας βοτάνας πανταχόθεν συλλέξας τὸ ἀλεξί-
κακον ὑμῖν κατεσκεύασα φάρμακον.

51. φαινακίζει] φενακίζει D. et mox om. ὁ.

versum Christianos conscripsit. Hæc enim ait: *Nunc autem mirantur per tot jam annos civitatem morbo correptam teneri, cum neque Æsculapii, neque aliorum deum sit amplius in eam accessus. Ex quo enim Jesus coli cœptus est, nullus sane mortalium publicam deorum utilitatem persensit.* Hæc autem Porphyrius scribit homo Christianis maxime inimicus; at manifeste tamen confessus Christum suo adventu deos gentium potestate cassos reddidisse. Itaque post salutiferæ crucis mysteria, Christoque irrogata supplicia, nec Æsculapius generi humano imposturas molitus est, nec eorum quisquam qui falso Dei nuncupantur. Omnem siquidem illorum cœtum, non secus ac noctuarum catervam, justitiæ sol exoriens in tenebras ire compulit. Hujus autem lucis et vos participes fieri Deum precor. Idcirco enim scribendi laborem hunc operamque suscepi, quasique salutaribus herbis undecumque collectis auxiliare vobis pharmacum concinnavi.

IN

THEODORETI

ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗΝ ΕΛΛΗΝΙΚΩΝ ΠΑΘΗΜΑΤΩΝ

ANNOTATIONES FR. SYLBURGII.

QUO diutius hic Theodoreti tractatus hucusque a doctis exspectatus est, eo studiosius annitendum nobis existimavimus, ut, quantum fieri posset, emendatissima ejus prodiret editio. Cum ergo in solis calamo exaratis libris res omnis esset posita, ascita fuerunt quotquot ejus generis inveniri potuerunt adjumenta. Duos ergo codices suppeditavit bibliotheca Palatina; alterum vetustiorem, alterum recentiorem. Totidem nos exemplaribus adjuvit Augusta Vindelicorum; altero, bibliothecæ publicæ, vetustiore; altero, bibliothecæ privatæ, recentiore: e quorum collatione amicus scripturæ varietatem et alia ejuscemodi nobis ac reip. impertiit. Palatinus codex vetustior a Michaele Apostolio Byzantino exaratus erat; sat diligenter quidem, ut a viro docto; sed in multis tamen locis non particulæ modo, sed et membra et integræ interdum periodi omissæ erant; exemplaris opinor magis, quam descriptoris culpa. In quibus supplendis ut Augustanus vetustior egregiam plerumque nobis operam præstitit, ita recentior, licet admodum indiligenter esset transcriptus, nonnumquam tamen et ipse valde aptas suggessit lectiones. Et cum duo recentiores isti ex eodem exemplari descripti viderentur, Palatinus tamen Augustanum non paucis in locis superabat. Palatinus vetustior hoc sibi peculiare vindicavit, ut cum Augustanus vetustior sub finem undecimi, alteri autem duo recentiores sub finem duodecimi aliquot paginis deficerentur,

ipse solus operi colophonem imposuerit. Sed et Acciaolo interpreti nonnusquam debetur aliquid, et libris quos in versione sua est secutus. In qua versione hoc etiam observatum erat, ut initia locorum quæ a Theodoreto citantur Græce expressa essent, ac plerumque cum interpretatione congruerent, interdum tamen etiam ab eadem discreparent. In eadem pleraque sacræ scripturæ loca ad marginem adnotata erant: quæ nos in has adnotationes retulimus. Peculiariter præter superiora debentur quædam et Davidi Hœschelio. Nam is ut ad Clementem, sic ad hunc quoque scriptorem suo more misit suppetias. Quæ ideo præfari volui, ut et beneficii gratiam prædicarem, et sequentibus notis simul viam sternerem. Hæ namque, cum omnibus modis contrahendæ fuerint, litteris A et P, vetustiores codices Augustanum et Palatinum; RR (seu rr) geminato, duos recentiores significabunt: AR, Augustanum recentiorem; PR, Palatinum recentiorem designabunt: Ac, Acciaoli exemplar denotabunt: aspirationis signo H, Hœschelii nomen indicabunt: ab aliis si quid petitum fuerit, pleniore scriptura exprimeut. Sed et hoc præmonendum, plerasque omnes exemplarium discrepantias, præsertim *διττογραφίας*, quæ non uni loco peculiares sed pluribus communes sunt, hic consulto prætermissas, et in Indicem partim Græcum, partim Latinum rejectas esse: ut non huic tantum scriptori, sed et aliis quandam lexici vicem præstent, magno legentium, ut experientia didici, compendio. In Acciaoli versionem curiosius inquirere non est propositum: si quis tamen obiter animadvertetur ejus error insignior, paucis hic exponetur. Quod idem in annotationibus fiet, quæ ad marginem versionis appositæ a nobis in fine seorsum post has nostras annotationes subjicientur.

Nunc ut ad rem veniam, in titulo P habet Τοῦ *μακαρίου Θεοδωρήτου*: A, *Θεοδωρίτου ἐπισκόπου* Κύρου: additionem vero illam, ἡ Εὐαγγελικῆς *ἀληθείας ἐξ* Ἑλληνικῆς *φιλοσοφίας ἐπίγνωσις*, P. ex auctoris prologo adjecit, ceteri omiserunt. *Θεοδωρήτου* autem cum ceteri omnes per *η* scribant, solus A per iota hic exaratum habet, ut item Ac: eodemque modo Suidas innuit *θεοδώρητον* scribi cum appellativum est; *Θεοδώριτον* autem, cum est proprium: cum tamen in *Θεαίτητος*, *Θεόγνητος* et similibus *η* constanter ubique retineatur; et recte. Quam-

obrem etiam in Latinis mss. bonæ notæ, sæpius *Theodoretum* quam *Theodoritum* invenias. Pro ὑπόθεσις, RR προθεωρία: ut et Ac. *Prologus.*

1, 3. Pro inclusa δὴ RR habent δὲ: A particulam istam non agnoscit. Contra προξενεῖν v. 5, additum ex A.

1, 6. RR τὸ πιστεύειν pro τὸ τῆς πίστεως.

1, 18. In RR est etiam alterius scripturæ indicium, ἠπατημένους, temp. præterito.

1, 20. A. δυοκαίδεκα τάξεις, *xii classes.*

1, 23. A. ἀλλὰ ταῖς Πλάτωνος-χρώμενος μαρτυρίαις, τοὺς οἰκείους λόγους μὴ παντάπασιν ἀπᾴδοντας ξυνήρμοσα.

1, 27. RR ἐκείνους, masc. gen. Et mox, ἡ δὴ πρώτη, et v. 31, προφέρουσα, *proferens.*

2, 2. A. ἀπαστράπτουσαν: et v. 6, καὶ κτιστῶν.

2, 7. RR παρ' ἡμῖν, *apud nos*: et v. 16, ὅσον pro οἷον, ut et Ac.

2, 22. A. παροινίας: interpres περὶ προνοίας.

2, 27. RR γενομένων: et mox προσφερομένην: quæ lectio melius consistet si legemus ἑνὶ ἑκάστῳ.

2, 37. rr ἐπιδεικνῦσα: et v. 44, τὸν τελώνην, singul. num. sed plurale aliquoties infra repetitur, 80, 9. 81, 23. 111, 5. 22. 123, 46. 125, 18. 126, 27. 132, 30.

3, 6. Inclusa καὶ abest ab A. Seq. v. RR. οὐδὲ μέρος οὐδὲν προγινώσκ. *ne ullam quidem particulam eorum quæ futura sunt.*

3, 10. περὶ abest ab rr.

3, 13. Iidem ἐντυχεῖν.

3, 15. Inclusa μάλα καὶ, absunt ab A.

3, 33. A et rr ἀντιδοῦναι, significantius.

3, 35. εὖ additum ex rr.

4, 1. rr λόγος α': ut interpres quoque, *Sermo I.*

4, 6. Iidem transposito articulo, ὁ θεὸς καὶ ψυχῶν καὶ σωμ.

4, 12. A. καὶ τοῖς τὴν νόσον ἀνακόπτουσιν, ἐνδοιάζουσιν καὶ οὐ δυσχεραίνουσι. Quæ lectio aptior videtur si hoc modo interpoletur, καὶ τοῖς τὴν νόσον ἀνακόπτειν ἐνδοιάζουσιν δυσχεραίνουσι, *et eos qui morbum retundere dubitant, ægre ferant.*

4, 19. A et RR, οὕτω κακουμένοις: ut interpres quoque, *sic vexantibus* seu *cruciantibus.* In A. exstat alia etiam lectio, οὕτω προσφερομένοις, *sic tractantibus.*

4, 25. P. ἄκρας σωτηρίας.

4, 28. A et RR, ἀποπηδῶσιν αὐτίκα: itemque interpres.

4, 44. A. διϊκνούμενοι, *transeuntes.*

5, 1. RR. οὐδεὶς γὰρ φιλόπ. γεωργός: et v. 5, ἐκτέμνειν, ἀλλὰ μεταβάλλειν, præs. temp. Et v. 9. τῷ ἀρότρῳ τοῦ λόγου τοὺς κεχερσωμένας τῶν ἀκοῶν ἀνευρύνωμεν αὐλ. itemque Ac.

5, 26. Inclusa addita sunt ex A et rr.

5, 49. rr, ὤκνησαν, plur. num.

5, 51. Iidem cum A. οὐ μιᾶς: rectius. Iidem rursus τοτηνικαῦτα, omisso demonstrativo τάδε. A. videtur legisse, τάδε τοτηνικαῦτα ἰθυνούσης τὰ ἔθνη: non male.

6, 6. rr distinctius, ἑαυτῶν: et v. 18. ταύτην, *hanc.*

6, 20. A. παλαιὸς νόμος, *vetus lex.*

6, 23. Historia de Moysis infantis expositione exstat Exodi cap. 2.

6, 43. Idem cum rr. παρ' αὐτῆς, *ab ea.*

6, 47. In ejusdem A margine adjecta est hæc annotatiuncula, πόθεν ἔμαθον τὰς ἐπιστήμας οἱ τῶν Ἑλλήνων πρόκριτοι.

7, 13. rr cum articulo, εἰς τὴν Αἴγυπτον: et v. 15, τὰ τοῦ Διονύσου: et mox, μετέθηκεν, ut item A.

7, 18. Idem A. φησὶ, sing. numero: et v. 21, ἤτοι Βριμοῦς. Inclusa ἢ præcedenti versu abest a P.

7, 26. A. προσκληθέντες, *advocati:* RR οἱ προκληθέντες ἤδη μάρτ. itemque interpres.

7, 49. articulus ἡ additus ex A.

7, 54. rr γεγενῆσθαι.

8, 11. rr τῆς φιλοσόφου αὐτοῦ ἱστορίας τοῦτο ξυνεγρ. et seq. v. λέγομεν, indic. modo: et v. 13, καταξιούμενα, præs. temp.

8, 20. τὸ additum e rr. Ibidem mox P. εἰργάσθαι: A. ἐργασθέν: quæ ambo admitti possunt.

8, 29. rr εἶπεν ὁ Πορφ.

8, 30. A. εὐφυᾶ: rr ἀφυῆ. Seq. v. rr σχεδὸν γὰρ οὐδὲ γράμμ. et mox, πάντῃ ἐπίστασθαι: et v. 33, δέοι, opt. modo.

8, 34. Inclusa absunt ab A.

8, 36. rr et Ac. νὴ Δία ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι: rectius.

8, 50. Locus quo affirmat hæc Plato, est in epistola ad Dionysium.

9, 14. λέγεις abest ab rr: itemque v. 26.

9, 30. rr ἕξιν τῆς ψυχῆς, *habitum animæ.*

9, 33. νεῖν, *natare*, agnoscunt etiam RR. ceteri habent νοεῖν, itemque Ac. Veram lectionem esse νεῖν testatur proverbialis

iambus apud Senecam, Controversia 4. lib. ix. *πρῶτον κολυμβᾷν, δεύτερον δὲ γράμματα.* Inclusa τε ibidem addita ex A. itemque v. 35.

9, 36. rr *ἐξελέγξοι,* fut. temp.

9, 48. A et rr *λέγεται*: Platonis ed. vulg. *ἀποσκῶψαι λέγεται.* Eadem Plat. ed. seq. v. *ἔμπροσθεν αὐτοῦ.*

9, 50. rr *λανθάνει,* ind. modo. Inclusa seq. v. addita ex A.

9, 53. Plat. ed. vulg. *περιβεβλημένον*: sed *περιβαλλόμενον* repetitur inf. 169, 44.

10, 1. Plat. ed. vulg. *ἔτι πλείω, adhuc plura.* Ab eadem abest *εἴη* quod sequitur. Seq. v. eadem *πλήθει, multitudine* seu *numero*: et rursum v. 5, eadem explicatius, *ἡ μὲν γὰρ τούτου γνῶσις, σοφία καὶ ἀρετὴ ἀληθινή· ἡ δὲ ἄγνοια, ἀμαθία καὶ κακία ἐναργής.* Ac. legit *ἐνεργὴς*, ut item rr. Seq. v. eadem Plat. ed. *δεινότητές τε δοκοῦσαι καὶ σοφίαι, ἐν μὲν πολιτικαῖς δυναστείαις γιγνόμεναι, φορτικαί.*

10, 21. *περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας* rectius fortasse interpretabimur *De philosophia ex oraculis.* Infra sane in tractatu de Oraculis, ubi rursum hi libri citantur aliquoties, liquide auctor significat, Porphyrium in iis colligendis et concinnandis Apollinis oraculum tam in rebus quam in verbis redarguisse; oracula etiam quæ citarit, partim correxisse, partim explanasse, ubi mutila vel obscuriora fuerint; 137, 37. 138, 7. 11, 21. 40. 139, 13. 141, 50.

10, 49. *ὁ Καμβύσου* Ac. verterat, *Cambysæ filius*, itemque infra 79, 45: cum ex Herodoto et aliis Cyrum Cambysæ patrem fuisse clarum sit.

10, 53. A et P. *ἐκείνων,* plur. num. Sed *ἐκείνου* cum rr agnoscit etiam interpres. Iidem rr pro *ὧν παρ'* habent *ἅπερ*: structura minus usitata.

11, 18. rr *μεμηχάνηται,* temp. præterito: et 28, *παραιτοῖσθε,* opt. modo.

11, 40. A divise *οὐδὲ εἷς.* Seq. v. idem A et rr *χρόνῳ, tempore*: rectius: ut et Clem. Alexand. 131, 8. 154, 7.

11, 44. Iidem *πρεσβύτατα,* superl. gradu.

11, 50. A et P. *πάσης* absque articulo.

12, 5. *μὲν* abest a P et A.

12, 23. A et RR. *τὸ, Πυθαγόρου εἶναι τὰ δόγμ.* Seq. v. RR. *τίς ἄρα οὕτως ἠλίθιος*: et mox, *ἄγαν ἐμβρόντητος,* ut item Ac.

12, 37. Locum de Deorum filiis paulo aliter interpretatur Clemens Alexand. 251, 36: ad Christum enim et prophetas refert.

12, 48. RR ἑτέρῳ δὴ χωρίῳ.

13, 8. RR ἠσπάζοντο.

13, 10. Iidem ἔφασκον.

13, 17. Articulus τοὺς abest a P. itemque τῷ v. 22.

13, 24. Ac. ἅπερ ἐγὼ: paulo concinnius.

13, 28. A. ἀληθῆ εἰσι, more communi.

13, 30. rr οἱ ἀκούοντες, præs. temp.

13, 42. Articulus τὸν abest a rr.

13, 46. Iidem cum A. ἀποφήναιτο, media forma. et v. 49, ἡμῖν, *nobis*; ut item interpres. Ferri tamen et secunda persona potest cum adverbio ὁμοίως, *vestro more, ut vos soletis.*

14, 11. Ut versus constet, vel expungenda est conjunctio δὲ, vel cum interprete legendum λεῦσε, *vidit*: ut apud Clem. Alex. 236, 24.

14, 16. In πάντα consentiunt exemplaria: apud Clementem est πάντων, 250, 46.

14, 24. γε addita ex A.

14, 26. A et rr ὀφθαλμῷ, sing. num.

14, 31. rr τούτοις, num. plur. et v. 46, ἐπιδεικνύσης, more verborum in μι.

14, 48. A. τὰ θεῖα θεωρεῖν: P. τὰ νοήματα: minus apte.

14, 51. A. οὐδὲν ἄλλο: et seq. v. ἐπιλαβέσθαι. Ibidem mox rr. plur. num. πράξεις δὲ καὶ γενέσεις: ut item Clemens 240, 26.

15, 8. rr φύσεις. singulare φύσις agnoscit etiam Clemens 211, 14, præmisso demonstrativo αὗτα, *hæc.* Sed neutra lectio iambum efficit legitimum.

15, 13. rr Κρείττονι: itemque in sequentibus aliquoties.

15, 15. Iidem adverbialiter ὡς, *ut, prout.*

15, 21. A. ἐκείνου δὲ εἰρηκότος.

15, 23. rr ζητήσαις, more communi.

15, 30. Platonis locus est in Phædone, p. 67. H.

15, 32. Infra dativo casu legitur, ἐπίθεσθε βεβήλοις, 19, 32: itemque alibi utraque scriptura invenitur.

15, 33. Articulus ὁ abest a rr. Iidem εἰπὼν habent pro βοῶν, ut item A.

15, 43. rr distinctius ἐν αὐτῷ, *in seipso.* et v. 48, brevius

Ἐπίχαρμον τὸν Πυθαγόρειον, Νοῦς. Et Epicharmi versus in Latina versione sic exprimetur rectius; *Mens videt, mens audit: surda et cæca sunt reliqua omnia.* iambicum enim, non dactylicum metrum est. Citatur autem versus iste a Clemente quoque 159, 32: a Plutarcho περὶ τύχης, et alibi. H.

15, 52. Ac. cum articulo, τὸ ἀνέλπιστον.

16, 2. ὅσον abest ab A.

16, 10. Idem cum P. γενέσθαι.

16, 13. RR στάσις pro compos. ἔνστασις: et v. 15, διάθεσις ἀναμφίβολος: itemque A.

16, 27. RR ἐξαγορεύεσθαι, *enuntiari.*

16, 36. A λέγων pro λόγῳ: et mox ἀφέλοιμεν: at RR ἀφέλοις.

16, 43. A. compos. καταμετροῦσι.

17, 5. Negativum οὐ habet solus P.

17, 15. rr ἐκείνων ὑπεραίρετε πίστιν, *illorum supra modum extollitis fidem*; ut etiam interpres legit. Sed retineri et altera lectio potest, *illam transitis* (seu *præteritis*) *fidem.* Seq. v. P R. habet duplicem lectionem, καταφρονεῖτε, et superscriptum κατηγορεῖτε.

17, 20. RR τῷ διδασκάλῳ ἢ τῷ διδάσκειν ἐπισταμένῳ.

17, 30. Iidem διατείνειν τὴν στάθμην, itemque interpres. Ab eisdem abest γε v. 34. A. diversa structura legit, πᾶν γὰρ τὸ κελ. δρῶν—κατορθώσειεν ἂν τὴν τέχνην: RR indicat. modo κατορθώσει absque potentiali ἄν.

18, 8. rr πριάσασθαι βούλοιτο.

18, 19. A et P. prima persona ἡμέτεροι *nostri.* cui lectioni patrocinantur superiores definitiones, 16, 11. Seq. v. συγκατάθεσις, Latine *assensionem* potius sonat quam (ut Acciaolus vertit) *submissionem.*

18, 21. Apud Clementem est ἀμετάπτωτος λόγῳ 164, 20.

18, 24. rr ἐπὶ δὲ μόνων τῶν θείων—et mox πρᾶξιν pro τάξιν: et v. 29, Χριστῷ pro θεῷ.

18, 28. Apostoli locus est Epist. ad Hebr. cap. 11.

18, 34. A. τίνων ἐστὶν αἰνιγμάτων: rr brevius, τίνων ἐστὶν αἰνίγματα γινόμενα: id est τί αἰνίσσεται.

18, 42. rr τοιαῦτα pro ταῦτα.

19, 10. Inclusa absunt a P. itemque articulus ὁ v. 13, a P et A. Sic v. 22, ἀρχαῖον λόγον absque articulo citat interpres.

Et rursum v. 28, rr omissis inclusis legunt, ἀεὶ ἀκουόμενα, μόλις ὥσπερ χρυσ. At Platonis locus, v. 23, est in Epist. ad Dionysium.

19, 32. βεβήλοις agnoscit cum P. etiam Ac. Vocativo casu βέβηλοι habent A et rr, ut supra 15, 32.

19, 42. rr διαβιῷ, subjunctivo modo.

19, 46. Demonstr. τῶνδε ab iisdem abest.

19, 50. Iidem ἔφη pro φησί.

20, 13. P. διὰ τῆς πίστεως: sed κτίσεως cum A et rr agnoscit etiam interpres.

20, 15. Apostoli locus est Act. Apost. cap. 14, ἐν Λύστροις autem Latine rectius verteris *Lystris*, vel, *apud Lystrenses*.

20, 19. A ἡμῖν, prima persona: itemque rr ἡμῶν v. 22. sed secunda persona melius huc quadrat.

20, 27. rr ἕνεκα χορηγίας: ut suppetant nempe ad vitam necessaria.

20, 29. γῆ ab iisdem abest. Seq. v. iidem habent ἡ δὲ ἀνήροτος: quod evidentius quadrat ad præcedens ἀρουμένη.

20, 32. Iidem τὰς ῥοδακάλυκας: sed ῥοδα illud procul dubio exegema est, ab imperito librario perperam insertum.

20, 44. Iidem brevius, ἐφιζάνουσαι, τὴν μὲν γλυκ.

21, 4. καὶ addita ex A.

21, 9. rr διασκεδάσαντες: minus congruenter.

21, 19. A post clausulam illam, μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν, repetit primi sermonis titulum, Περὶ πίστεως λόγος πρῶτος. deinde subterducta linea, subjicit secundi libri titulum, Περὶ ἀρχῆς β'. itemque in fine 2 libri, et quinti. Quæ consuetudo ut in aliis quoque mss. a me observata est, ita in Latinis passim, *explicit lib. i. incipit ii.*

21, 25. Commation istud καὶ κασσίτερος additum ex A.

21, 28. rr διαφορὰς, plur. numero: et seq. v. τήνδε τὴν διάγνωσιν: et rursum v. 32, ἀσπασίως, pro ἀπαύστως: quas lect. secutus etiam interpr. Iidem ibid. ἀγνωσίας legunt pro ἀγνοίας: et v. 40, ἡ γὰρ φύσις, absque τοι.

21, 47. Iidem, τοιῷδε πάθει περιπεσόντες. Iidem seq. v. omittunt μὲν τινὰ: et v. 50, ἐν νυκτὶ habent pro ἐν σκότει.

21, 52. A. μέσον οὐρανοῦ: et seq. v. ὑπολέλειπται.

22, 2. rr adverbialiter πάντως, *omnino*. Quod ferri potest si cum comparativo ἄμεινον subaudiatur τῶν ἄλλων.

22, 6. Iidem ἐντρέφονται, ut interpres quoque. Seq. v. A. πλείστων δὲ ὅμως εἰς σκευασίαν προσδέονται: omissa τῶν ἁλῶν mentione.

22, 18. rr περὶ τὸν θεὸν, contra Plat. sententiam.

22, 23. Iidem γένοιτ' ἂν, ordine inverso.

22, 38. rr προσηγορεύσατο, sing. n.

23, 1. rr τὰ ἀνθρώποις οὐκ ἐφικτὰ, non ineleganter.

23, 6. Inclusum ὡς abest ab A et rr. Iidem mox habent ταυτησὶ τῆς σοφίας.

23, 14. καὶ addita ex iisdem. Seq. v. A. τοῖς καλοῖς. Sed ἄλλοις probat etiam interpres.

23, 18. Plat. ed. vulg. ῥηματίσκια αἰνιγματώδη ἀνασπῶντες ἀποτοξεύουσι.

23, 21. Inclusa negativa addita ex A: αὐτοὶ vero ex Plat. ed.

23, 23. Plat. ed. φυλάττουσι, præs. temp.

23, 25. Plat. ed. divise, αὐτὸ στάσιμον, (ut et A.): et seq. v. καθόσον δύνανται.

23, 27. ἐκβάλλουσιν additum ex Plat. ed.

23, 29. Plat. ed. τὰ τοιαῦτα pro ταῦτα.

23, 32. γὰρ addita ex rr.

23, 34. Articulus ὁ abest ab A et rr.

23, 38. Si scribamus πάντ' ὄνομ' εἶναι, versus erit hexameter dactylicus. In quo sive οἷον legamus, sive οἶον, obscura est sententia. Ἄλλα quod sequitur additum ex Plat. ed. p. 180.

23, 43. A ἐθέλει, ind. modo.

23, 48. rr ἄττ' ἔπη.

23, 50. Plat. ed. τροφὰς τῶν ἐκγόνων: et seq. v. συνοικίζει τε αὐτά.

23, 52. Plat. ed. παρ' ἡμῶν, gen. casu: et mox, (expuncto relativo ὃ), ἀπὸ Ξ. τε καὶ ἔτι πρόσθεν ἀρξάμενον, ὡς ἑνὸς ὄντος τῶν πάντων καλουμένων, οὕτω διεξέρχεται τοῖς μύθοις. Sic fere rr, τῶν πάντων καλουμένων διεξέρχεται τοὺς μύθους.

24, 1. Plat. ed. vulg. Ἰάδες δὲ καὶ Σικελικαί τινες ὕστερον Μοῦσαι: (ut Clemens quoque, 264, 8, Ἰάδας Μούσας vocat Heraclitum, Ephеso Ioniæ oriundum: cum hic potius Ἰάδων μουσῶν nomine significari videantur Xenophanes et Parmenides Ionicæ sectæ poetæ, 57, 3. 18: per Siculas autem Musas Empedocles, 22, 41. et 23, 48) et seq. v. ἀσφαλέστατον.

24, 4. ἄττα additum ex RR.

24, 7. A. absque distinctione, πῶς οἱ μέν. Quasi πῶς, seu ὅπως, hic positum sit pro διότι, *quia.*

24, 8. Ac. et Plat. ed. καὶ τοῦ ἀοράτου, absque præpos. περί. Seq. v. rr et Plat. ed. ταῖς χερσὶν ἀτεχν.

24, 9. Plat. ed. δρῦς περιλαμβάνοντες. Inclusa quæ sequuntur, πάντων et μόνον, absunt a rr. σφόδρα vero abest a Plat. ed.

24, 19. καὶ abest ab A. Contra ex eodem addita sunt, articulus τῆς v. 21, et adverbium ἀεὶ v. 22.

24, 26. rr ἐκ πολλῶν μάλα ὀλίγων μνησθ. ambigue.

24, 28. Omnia exemplaria relative habent οἷον: itemque interpres. Mihi magis placuit οἶον, *solum.* Sequens v. in rr ita legitur, Ποίων νυκτερίδων ἐκ λεσχομάχων πεπλάνησθε; posita forsan ἐκ pro ὑπὸ, ut apud Latinos quoque interdum. In A. legitur ἔκ τε στοχασμῶν πεπλάνησθε. Quæ scriptura ferri non potest, nisi membra transponantur, hoc fortasse modo, Ποίων ἔκ τ' ἐρίδων πεπλάνησθε, κενῶν τε στοχασμῶν;

24, 31. rr ἔτι πρόσθεν: rectius A. ἐπιπροσθεῖν, *luminibus vestris obstruere.*

24, 42. rr γεγενημένων hic omittunt, et in seq. commate pro ὁρωμένων substituunt. Iidem mox ἐφιστάμενον τῷ κόσμῳ, mutato verbi modo.

24, 54. Iidem, omisso commatio isto καὶ Πυθαγόρας, sequentia sing. numero de Anaxagora legunt: perperam, ut cum aliunde patet, tum ex 6, 13. et 29, 13.

25, 8. rr ἔχει δὲ ὧδε. Ibidem A et rr ἠράσθην: P. et ἠράσθη et ἠράσθην. Infra sub finem operis, 175, 35. idem P. ἠράσθησαν habet plurali num. ut Stobæus titulo 78. p. 467: et Euseb. Evang. Præpar. lib. XIV. p. 435. Interpres dualiter legit ἠρασθήτην, ac de Platone et Aristippo intelligit. Theodoretus utrobique ad Platonem dumtaxat refert, ut Eusebius quoque.

25, 15. A. Πυθαγόρου φιλοσοφίαν: rr τὴν τοῦ τερατώδους Πυθαγόρου διδασκαλίαν.

25, 17. Articulus τῶν additus e rr: et contra, πολλὰ v. 20, ab eisdem abest. γε v. 23, abest ab A.

25, 31. Infra (39, 23.) in ejusdem loci citatione itidem legitur, ἀπὸ ταύτης τῆς φύσεως, *ab hac natura.* Corrupta vestigia

P. codicis, ἀπὸ ταυτῆς, aliam quoque scripturam indicant, ἀπ' αὐτῆς τῆς φύσεως. Interpres in posteriore loco utramque lectionem conjunxit, dum vertit, *ab hac ipsa currendi natura.*

25, 37. rr plural. τούτων: et mox fœm. gen. τὰς ἀδελφὰς, *sorores.*

25, 41. Iidem ἐκ Κρόνου γεγεννημένον, *e Saturno generatum.*

25, 46. Iidem ἀληθινῶν ἀποδείξεων: at supra, 12, 40. ἀναγκαίων ἀποδείξεων: itemque infra 43, 28. 51.

25, 49. Iidem contracte ἔνθους: et mox ἔμφρων: minus vere: quoniam ille afflatus ἐξίστησι τὰς φρένας. Iidem rursus v. 52, αὐτοτελής. Aliter etiam hos versus legi in Arsenii Monembasiatæ excerptis adnotatum in P. margine. Itemque apud Clem. 250, 12.

26, 5. rr σάρκες nom. casu: ut et Clem. 250, 16. Apud eundem Clem. concinnius ἐμπεφύασι.

26, 16. A. τῇ τοῦ πλάνου θεολογίᾳ.

26, 24. rr τὸ γενόμενον μὲν ἀεί: at non item v. 27. Locus apud Platonem est p. 37, c.

26, 26. καὶ addita ex rr. Locus Platonis v. 29, citatur etiam a Gregorio Naz. in sermone de Christi nativitate, ut notatum in Acc. margin.

26, 30. Iidem λαμβάνομεν, *accipimus:* et præced. v. ταῦτα δὲ πάντα: ut etiam interpres.

26, 39. δὲ addita ex A. Ibidem rr ἀλλοιώτεις παμπόλλους: et v. 42, οὐκέτι ἄρα ἐστὶν ἔμβρ.

27, 3. rr ἡ βουλή ἐστιν ἡμῖν: et seq. v. ἡμᾶς πείθεσθαι: et v. 8, ἐγίγνετο, at v. 6, A. ὡς εἰ μὴ ἀκολουθήσομεν, *quia nisi obsequemur.* Emendatio autem et corruptio animi hoc loco intelligenda videtur.

27, 10. Ac. οὐκ ἄρα ὦ βέλτ. omissa γε. Seq. v. rr. ὅ τι ἐροῦσι, ut in proxime sequenti membro.

27, 18. Iidem τῶν ἀθέων ὅμιλον. Sed Ἀθηναίων tuetur quod v. 36 legitur τῶν πολιτῶν: et rursum infra repetitur 43, 52.

27, 20. Iidem οὐ διέφυγε: et v. 27, μεμνῆσθαι: et v. 30, τῆς ἥττονος: et seq. v. τὸν οἰκεῖον ἐπιδείξει σκοπόν: et v. 42, εὑρόντας, plur. n. Locus Platonis est in Timæo, p. 28. cui non absimile dictum Hermæ ad Tat, θεὸν μὲν νοῆσαι, χαλεπόν· φράσαι δὲ, ἀδύνατον: de quo censura est et Gregorii Naz. sermone 11 De Theologia, p. 198, b. H.

28, 3. Non male cum interprete legemus πρεσβύτερος, compar. gradu. Seq. v. A et rr δέ τι. nostram et A. lectionem secutus etiam interpres.

28, 8. ἐκίνησε, *movit*, agnoscit idem interpres. Si quis ἠκόνησε malit, id est, *acuit*, fruatur suo judicio.

28, 10. A. ξυνέγραψε.

28, 15. Βηρυτίων abest ab A.

28, 25. A. ὁπόσοις τῶν—πρεσβύτερός ἐστιν ἔτεσιν.

28, 33. rr δηλώσουσι, fut. temp.

28, 43. A R. Ἐννιός ἐστιν υἱός, mutato et verborum ordine, et proprii nominis scriptura; de qua in Indice.

29, 2. μετὰ τὰ τούτων, *post illorum tempora*, A. libri lectio est: alteram, μετὰ τούτων, *cum his*, sequitur etiam interpres.

29, 12. Idem A plur. num. πᾶσαι θάλασσαι.

29, 14. rr σμικρὰ τῆς ἀληθείας ἐναύσματα.

29, 22. ἔφη additum ex A et rr. Exstat autem Moysis locus Exod. 20.

29, 24. rr γεγεννημένης: et mox ἐνεργείας pro εὐεργεσίας.

29, 26. A et rr, τῷ ὄντι μόνῳ προσνεῖμαι, mutato scilicet adjectivo pariter et verbo. Seq. v. rr et Ac. φησὶ pro ἔφη.

29, 41. Moysis locus est Deuteronomii cap. 6.

29, 54. ὡς additum ex A et rr.

30, 7. rr et interpres, αἰρόμενοι: cui lectioni patrocinatur Esaiæ locus ad quem alludit, cap. 1, υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ὕψωσα· αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν.

30, 13. rr ἐναργῶς ἅπαντα περὶ τῆς. Alteram lect. sequitur interpres.

30, 23. Iidem ἀπειπὼν, parum apte: convenientius ἐπειπών. Inclusa, γε v. 44, et γὰρ v. 45, absunt a rr.

30, 53. Iidem, ἐν αἵμασι ψυχῆς: et mox, οὐ φάγεσθε. Exstat autem locus hic Geneseως cap. 9: qui præcedit, desumptus est ex ejusdem Genes. cap. 1. Sequentium duorum prior exstat Genes. 11: alter, Genes. 19.

31, 2. Inclusa addita sunt ex A et rr: in rr tamen non est repetitio commatis illius, ἐκζητήσω αὐτό.

31, 5. A et rr, καὶ οὐκ ἔφησεν.

31, 26. A τὰς κοινωνοὺς, fœm. gen.

31, 32. βοῶντος abest a rr. Malim ego facta transpositione, Δαβὶδ βοῶντος.

31, 34. A plur. num. πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτῶν.

31, 37. Inclusa addita sunt ex A et rr. itemque v. 46. Desumtus porro primus locus e Psal. 32: secundus, ex 109: tertius, ex 44. Ps.

31, 53. rr ordine trajecto, καὶ γὰρ ἐν οἷς ὁ Πλ. πρὸς Κορ.

32, 2. ἅμα cum A et rr agnoscit etiam Ac.

32, 6. A φιλοσοφήσητε, præter. aoristo: et v. 14, διεκάλλυνε, præt. imp. Articulus τοῦ v. 12, additus ex A et rr. Et contra μὲν v. 28, ab A et rr abest. θεῶν vero appellatio ea signif. qua tradit auctor, cum alibi legitur, tum Psalmo 48. et 81, ipso statim initio.

32, 35. rr ἡγεμόνα καὶ αἴτιον, καὶ τὸν τούτου πατέρα. Quam lectionem secutus videtur etiam interpres.

32, 40. A. ὃν διέταξε.

32, 49. Articulus τὰ abest ab A et rr.

33, 1. Interpres legit προέφερον, *proferrent.*

33, 10. rr αὐτὰ ἐδίδαξε.

33, 17. Iidem μετ' αὐτὸν: et seq. v. μετὰ τοῦτον: utrobique masc. gen.

33, 19. Post commation istud, ποθεῖ δὲ πᾶν τὸ γεννῆσαν, subaudiendum cum interprete, τὸ γεγεννημένον, ut ea mox copulantur v. 21.

33, 23. rr κεχώρισται, indic. modo: structura minus usitata.

33, 27. δὴ habet solus P.

33, 30. A. τοῦ Πλάτωνος διάνοιαν, mutato articulo. Davidis locus v. 40, exstat Ps. 32.

33, 46. A. ἐπηκουσάτην: rr pluraliter ἐπήκουσαν.

33, 49. A, οὗτος ἀρχὴν ὁ λόγος, *hoc omnino Verbum*, seu *hoc plane Verbum.* Seq. v. rr τὰ γινόμενα ἐγένετο.

33, 53. Articulum τὸν habet solus P. et seq. v. rr cum articulo, τὰ πάντα. Eodem v. 54, A. τὸ γινόμενον præs. temp. Ex eodem additum sequens εἶναι.

34, 6. rr, οὗτος ἄρα τὴν τοῦ βαρβ. *hic ergo:* et seq. v. ὁ τοῦ Πλάτωνος, mutato articulo.

34, 12. P. τῶν ἄλλων ἕνεκα, *ceterorum gratia.* Ibidem mox A. τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς θεότητος συγκαλύψαι σαρκὶ μὲν, κρύψαι δὲ ὅμως. rr. cum P consentiunt, nisi quod pro κρύψαι composite habent συγκρύψαι.

34, 17. Adjectivum θείας abest a rr.

34, 19. A. *καὶ ἄφατον*: et mox *ὑφίει*.

34, 27. rr *σεσυλημένοι*: nempe pro activo *σεσυληκότες*: durius. Inclusa quæ sequuntur addita ex iisdem, v. 31, 32, et 36.

34, 42. rr *ἔχουσι*, *habent*.

34, 49. Iidem *διδασκαλίᾳ παρατιθείς*.

35, 3. rr *τοῦ Ἀσκραίου θεολογίαν*: et v. 5, *ἐπαίδευσε*, detracta præpositione.

35, 9. A. *διεδέξατο πόνον*, *suscepit quasi quidam successor*.

35, 14. rr *ἐγὼ δὲ αὐτὸς*, *ego vero ipse*: minus convenienter.

35, 19. Iidem brevius, *τῶν μυθολογουμένων θεῶν μὴ μόνον τὸ ἀπίθανον*.

